

RXVI b

in - 4°

13

SORBONNE



R XVI b 13 m-40

M. Tullii Ciceronis


IN L. CATILINAM ORATIONES IIII, Petri Rami, Eloquentiæ & Philosophiæ professoris Regii, prælectionibus illustrata.

A D

Carolus Lotharingum Cardinalem.

Lectio cuncta prodest : vana delectat.

Senec. ep. 45.



L V T E T I A E

Apud Carolus Stephanus, Typographum Regium.


M. D. LIII.

1703

M. Tullii Ciceronis

IN L. CATILLINAM ORA-
tiones III. Petri Ramii, Eloquentiae & Philolo-
giae professoris Regii, praelectionibus illustratae.

A. D.
Carolus Lotharingus Cardinalis
Lecturae praebet: Anna delectat



L V T E L I A E
Apud Carolum Stephanum Typo-
graphum Regium.
M. D. C. C. C. III.

CAROLO LOTHARINGO CARDINALI, Mecœnati suo, Petrus Ramus

S.

Tres Agrariæ Ciceronis orationes, Mecœnas, nostrum commentationis huius Rhetoricæ & Logicæ consilium tibi declararunt, quemadmodum principiis Aristotelis & exemplis Ciceronis, Rhetoricam & Logicam artem probandam & experiendam, & vtriusque artis probatæ & expertæ usum exercendum & assequendum putarem: idem quatuor his Catilinariis studium persequimur: & grauissimæ aduersariæ (quam solam adhuc calumniatricem habuimus) ignorantia persuadere pergitur, Logicæ artis usum longè præstantiorem esse, quàm multis scholis adhuc ea persuaserit: argumentorum, syllogismorum, methodorum, id est, omnium Logicarum virtutum perpetua in his orationibus exempla tam sollicitè demonstramus, vt valde verear, ne in re manifestissima comprobanda, nimium studium alicui ponere videamur. At Regius eloquentiæ professor Lutetiæ inuentus est, qui libro multis contra nos barbaris maledictis referto clamaret, nullum Logicæ vel inuentionis, vel dispositionis usum in foro, in curia, in rostris versari: nullum denique in oratoribus inueniri. Incredibilis quidem de eloquentiæ præsertim professore, ista vox esset, nisi liber æditus esset: at publicatus est. Cuius libri causam si quis putat de artis institutis esse dissensionem aliquam, fallitur: longè alia ratio fuit. Sapiens professor (qui professionis suæ partes non solum elocutionem & actionem, sed inuentionem & dispositionem putaret) Regiis stipendiis ditatus, repetundarum actionem aliquam metuebat, cum per annos decem aureorum duo millia, & opima sacerdotia professionis eius nomine cœpisset: cuius nec artem, nec usum vllum vnquam didicisset, nec per naturam, in præstantissima certè facultatis eius parte, discere vnquam potuisset, cum corpore tam sit aptus ad agendum, quàm cæcus ad pingendum. Ergo nemo demonstrationis & inductionis per tot orationes institutæ, studium nostrum miretur, sed magnam tantæ contra-

dictionis oppositæ causam cogitet. Huic enim venusto & sapienti eloquentiæ professori Logicam in eloquentibus hominibus ostendere, & (quia veris necessariisque rationibus in Academia defensione id ei non persuasi) iam productis eius authoris (cuius professione tam fortunatus est) testimoniis & exemplis persuadere cupio: quinetiam, vt discipulis, omninoque studiis nostris molestus esse desinat, moneo, vt nostris vestigiis Aristotelica illa principia *ισοειαν, ἐμπειρίαν* secutus, eundem Logicæ usum in poëtis, in philosophis, in omnibus denique logicis animalibus, id est hominibus, perpetuum experiatur, & animaduertat: à nobisque pro mille calumniis (qui bus ab eo vexati sumus, & quotidie nouis vexamur) professionis suæ & artem & usum condiscat, tantumque bonum gratis accipiat. De Rhetoricis tropis ac figuris eandem inductionem, sed leuius, literis & notis confeci: vt a significaret Metonymiam, b Ironiam, c Metaphoram, d Synecdochem, 1 Epizeuxim, 2 Anaphoram, 3 Epistrophem, 4 Symplocem, 5 Epanodum, 6 Epanalepsim, 7 Anadiplosim, 8 Climacem, 9 Polypotum, 10 Paronomasiam, 11 Orbem numerosum, 12 Optationem, 13 Deprecationem, 14 Addubitationem, 15 Communicationem, 16 Permissionem, 17 Concessionem, 18 Prolepsim, 19 Protopopœiam, 20 Dialogismum, 21 Apophasim, 22 Digressionem, 23 Apostrophem, 24 Aposiopesis, 25 Exclamationem, 26 Sustentationem, 27 Parrhasiam. Quibus Rhetoricis Logicisque meditationibus, Meccenas, si doctores excitati, quod in Grammaticis orationis partibus, & singulis & coniunctis antea fecerint, id in Rhetoricæ elocutionis, Logicæque inuentionis ac dispositionis partibus efficiant, sibi que persuadeant, vt pingendi, vt ædificandi, sic dicendi, differendi que artifices egregios, artium quidem præceptis admoneri, sed exemplis, sed opere, sed assidua meditatione, imitatione, exercitatione, diligentia denique omnis, ac laboris contentione effici, id erit tuis felicibus auspiciis persuasum tandem & impetratum, quod tantopere persuadere & impetrare cupio.

P. R A M I I N C A T I L I N A R I A S

Ciceronis orationes præfatio.

Quò facilius quatuor orationum in Catilinam habitatum argumētum cognoscatur, Catilinæ mores, quibus præcipua cōiurationis caussa continetur, prius explicandi sunt: deinde proponēdus coniurationis euētus. Atque in moribus illud est animaduertendum, quod à Platone sexto de Rep. scriptum est, si philosophi, id est, præstantis & excellentis viri natura ἀριμελής ἢ ἀρίφρων corporeque & animo perfecta in proprio & naturali germanæ disciplinæ solo satâ sit & exulta, hominem hominum optimū, regēmque futurū: sin autem in alieno cōtrariōque prauæ disciplinæ solo plantetur atque alatur, hominem hominum pessimum, & tyrānum futurum: summâque prorsus & naturæ & fortunæ bona, summorum malorum instrumenta fore, si prauam disciplinam, prauam scholam, prauum magistrum nacta sint: quæ omnia Catilinæ ad improbitatem singularem summa contigerunt. Nam claro & patricio genere, vi corporis animique maxima cūm natus esset, in omnium vitiorum & scholam & magistrū incidit. Romani quippe mores Marianis quidem discordiis primūm vehemēter labefactati, Syllana verò dominatione prorsus corrupti sūt. Veteres enim Curii, Fabricii, Cincinnati, Calatini, cæteri que similes, Romani imperii authores cum laude & gloria superiores, fortunis & voluptatibus inferiores esse, pulchrum putarent, sapientiam in pace, fortitudinem in bello, iustitiam, temperantiam in vtroque tempore, sed in pace præsertim adhibebant. Sylla primus exercitū luxuriosè & indulgēter habere cœpit, ibi que primūm Romanus miles amare, scortari, potare, signa tabulâsque, vasa mirari, rapere, sacra, profanâque spoliare cœpit, perindē quasi iniuriam facere id demum esset imperio vti. Atque hæc vitia cūm suis Sylla permetteret: imprimis sibi vni permisit, Dictatorque, non potius populi magister, quàm trium pestiferorum vitiorum, auaritiæ, libidinis, crudelitatis fuit, vt ait Cicero. Igitur tam corruptam Romanorū morum scholam, tam perditum scholæ magistrū Syllā cūm nactus esset Catilina, facilè omnia

naturæ, fortunæque bona in cōtraria vitia conuertit: inedia, vigilia, algoris, supraquàm cuiquam credibile sit, patiens erat: illa videlicet naturalia fortitudinis & tēperantiæ semina fuerant: quæ vide quo pacto sub illo magistro exercuerit. Fortitudo seruãdis ciuibus excellere debuit: at (vt nihil de cædibus obscurorū hominum dicam) L. Cæciliū, M. Volumniū, L. Tantiū, Mariū Gratidianū populo charissimū & Ciceroni pernecessariū contrucidauit, Mariūque cruentum caput, & adhuc animæ spiritusque plenum ad Syllā vsque ab Ianiculo ad ædem Apollinis manibus suis detulit: fratrem (ait Plutarchus) interemit, & iudicium metuēs, Syllæ permissu in proscriptos retulit: vxoris etiã prioris cædē videtur ei Cicero obiicere: & (quod Cicero non audet dicere, vt Orestillam duceret, quæ priuignum adulta iam ætate metuebat) filiū crudelissimè necauit. Hæc ad Syllanæ scholæ disciplinā, fortitudinis exēpla Catilina discipulus edidit. Quid tēperantiæ? Nefanda supra fecit, nō solūm cū plerisque ignotis, sed cū nobili virgine, cum sacerdote Vestæ, aliāque huiuscemodi contra ius falsæque. Quin ad huius generis flagitia in Catilinam Cicero togatus ait, Cūm deprehendebare in adulteriis, cūm deprehendas adulteros ipse, tum ex eodē stupro tibi & vxorem & filiā inuenisti. Quo loco Asconius ait filiā ex stupro conceptā, Catilinæ vxorē fuisse. Nec verò iustitiæ minora exempla sunt ab homine (vt ab eodē togato dictū est) Verris familiarissimo expectanda, rapere vndecūque libuit ac potuit, sed Prætor in Africā ita venit, tanquā ad diripiendā, non regendā prouinciā mitteretur: indeque reuersus cūm repetundarum accusaretur, P. Clodium præuaricatorem adhibuit, summæque fraude leges, quæstiones, iudicia violauit: atque hac de re in eum Cicero togatus exclamat, O miser qui non sentias illo iudicio te non absolutū, verūm ad aliud seuerius iudicium, ac maius supplicium esse reseruatū! Quid ingenii? quid sapiētiae? quævis fuit? eloquentiæ satis, sapiētiae parum, vastus animus, immoderata, incredibilia semper appetēs, color exanguis, foedi oculi, citus modò, modò tardus incessus, prorsus in facie vultūque vecordia inerat, animus impurus, diis hominibusque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat, ita cō-

scientia mētem excitam vastabat. Hi mores Catilinæ, hoc in-
 geniū fuit, sic in schola Romana sub magistro Sylla formatus
 & institutus (vt pares cum paribus facile cōgregantur) omniū
 flagitiosorum, atque facinorosorum præsertim Syllanorum
 circum se tanquam stipatorum cateruas habebat. Impudico-
 rum, adulterorū, ganeonum, decoctorū, obæeratorum, parri-
 cidarum, sacrilegorum, iudiciis conuictorū, aut pro factis iu-
 dicium metuētium, periurorū, siccariorum, imò etiam quam
 disciplinā didicerat, tanquā magister artis factus esset, sic alios
 edocuit, imprimisque adolescētium molles & fluxos animos,
 quos in familiaritatē suam pellexerat, moribus suis imbue-
 bat: aliis scorta præbere, aliis canes & equos mercari, denique
 neque sumptui, neque modestiæ suæ parcere, dum illos suis
 illis artibus obligaret, eorūque opera falsa testimonia, signa
 subiiciebat, circumueniebat, iugulabat: denique, vt Ciceronis
 pro Cælio verbis, Catilinæ optimā naturam pessimis mori-
 bus corruptā concludā: Habuit Catilina permulta maxima-
 rum non expressa signa, sed adumbrata virtutū: utebatur ho-
 minibus improbis multis: & quidem optimis se viris deditum
 esse simulabat: erāt apud illum illecebræ libidinū multæ: erant
 etiam industriæ quidam stimuli ac laboris: flagrabāt vitia li-
 bidinis apud illum: vigeabant etiam studia rei militaris: neque
 ego vnquam fuisse tale mōstrum in terris vllum puto, tam ex
 cōtrariis diuersisque inter se pugnantibus naturæ studiis cu-
 piditatibusque cōflatum. Quis clarioribus viris quodam tem-
 pore iucundior? quis turpioribus coniunctior? quis ciuis me-
 liorū partiū aliquādo? quis tetrior hostis huic ciuitati? quis in
 voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patiētior? quis in
 rapacitate auarior? quis in largitione effusior? Illa verò, Iudi-
 ces, in illo homine mirabilia fuerunt: comprehendere multos
 amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quod
 habebat, seruire temporibus suorum omniū, pecunia, gratia,
 labore corporis, scelere, etiam si opus esset, & audacia: versare
 suam naturam & regere ad tēpus, atque huc & illuc torquere
 & flectere: cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè, cum se-
 nibus grauiter, cum iuuentute comiter, cum facinorosis au-
 dacter, cum libidinosis luxuriosè viuere. Hac ille tam varia
 multiplicique natura, cum omnes omnibus ex terris homi-


„ nes improbos, audacesque collegerat, tum etiam multos for-
 „ tes viros & bonos, specie quadam virtutis assimulatæ tenebat,
 „ neque vnquã ex illo delēdi huius imperii tam sceleratus im-
 „ petus extitisset, nisi tot vitiorum tãta immanitas quibusdam
 „ facilitatis & patiētiæ radicibus niteretur. Hæc Cicero: quibus
 concludit, quod concludere volumus, cõiurationis causas in
 illis moribus fuisse. Tyrannũ magistrũ Catilina tyrãnicæ di-
 sciplinæ habuerat, æmulatione magistri, tyrannidẽ affectabat,
 finis coiurationis fuit: cædibus & artibus nequissimis Sylla si-
 bi tyrannidem quæsierat: Catilina vestigiis iisdem insistebat.
 Ergo hæ coniurationem causæ præcesserunt. Coniuratio
 autem duplex fuit. Prior L. Tullio, M. Lepido Cofs. P. Antro-
 nius & P. Sylla designati Consules, legibus ambitus interro-
 gati, pœnas dederant. Post paulò Catilina, repetundarum
 reus, prohibitus erat petere Consulatum, quòd intra legiti-
 mos dies profiteri nequiuert. Erat eodem tempore Cn. Piso,
 adolescens nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus, quem ad
 perturbandam Remp. inopia, atque mali mores stimulant.
 Cum hoc, Catilina & Antronius circiter Nonas Decembris
 communicato consilio parabant in Capitolio Calendis Ia-
 nuarii L. Cottam & L. Torquatum Consules interficere: ipsi
 fascibus correptis Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas
 Hispanias mittere. Ea re cognita, rursus in Nonas Februarias
 consiliũ cædis transtulerant. Iam tum non Cõsulibus modò,
 sed plerisque Senatoribus perniciem machinabatur: quod ni
 Catilina maturasset pro curia signũ socii dare, eo die post cõ-
 ditã vrbem Romã pessimum facinus patratũ foret: quia nõ-
 dum frequētes armati conuenerãt, ea res consilium diremit.
 Postea Piso in citeriorem Hispaniam, Quæstor pro Prætore
 missus est adnitēte Crasso, quòd eum infestũ inimicũ Cneo
 Põpeio cognouerat: neque tamen Senatus prouinciã inuitus
 dederat: quippe fœdũ hominem à Rep. procul esse volebat, si-
 mul quia boni cõplures præfidiũ in eo putabãt: etiã tũ potētia
 Cnei Põpeii formidolosa erat: sed is Piso in prouinciã ab equi-
 tibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus
 est. Sũt qui ita dicũt, imperia eius iniusta, superba, crudelia bar-
 baros nequisse pati. Alii autem equites illos Cnei Põpeii ve-
 teres, fidosque cliētes volūtate eius Pisonẽ aggressos, nunquã

Hispanos præterea tale facinus fecisse, sed imperia sæua multa antea perpeffos. Posterior coniuratio triennio postea agitari coepta est, cum nullus in Italia exercitus esset, & Mithridaticis bellis Pompeius procul impediretur, & Catilina consulem se cum Antonio futurum speraret. Atque ubi Catilina omnia satis explorata perspexit, in vnum omnes conuocat. Eò cõuenere senatorii ordinis, Pub. Lentulus Sura, Pub. Antronius, L. Cassius Lõginus, C. Cethegus, Publius, Seruius Sylæ Seruii filii, Lucius Vargunteius, Quint. Annius, M. Porcius Lecca, Luc. Bestia, Q. Curius. Præterea ex equestri ordine M. Fuluius nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius: multi præterea è coloniis & municipiis domi nobiles, præterea huiusce consilii participes, ac plæraque iuuetus nobilium Catilinæ coeptis fauebat. Quidam M. Crassum huiusce consilii non ignarum existimant fuisse. Hos igitur vniuersos Catilina cohortatur, & præmia belli, nouas tabulas, proscriptiones locupletum proponit, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia quæ bellum, ac victorum libido fert, & iis petitionem suam commendat, atque etiam vulgatum est, ad impii sceleris confirmandam pactionem, singulos humanum sanguinem vino permistum bibisse. Omnia Catilinæ consilia interea Curius Fuluiæ, cum qua vetus ei fuerat stupri consuetudo, aperuit: per quam deinde multis communicata: eaque res Ciceroni ad cõsulatum nobiles, cæterosque qui nouitati hominis adhuc inuiderant, metu conciliauit. Ergo cum præposito Cicerone repulsus esset Catilina, furere vehementius coepit, arma, pecunias, omnis generis homines sibi cõparare, per mulieres etiam impudicas viros earum & urbana seruitia sollicitare, in annum sequentem consulatum petere, Ciceroni insidias parare, quin eum ipsis comitiis cõsularibus confodere statuit: sed Cicero per Fuluiam omnia resciiuit, & Catilinam ipsum ea de re interrogauit in senatu. Sed Catilina existimans plærosque esse rerum nouarum cupidos, simul vt audaciam suam amentix suæ sociis ostentaret, consulem ænigmate illo, quod apud Plutarchum est in Cicerone, derisit. Cum duo corpora sint, ait, quorum alterum tenue & ægrum sit, caput tamen habeat, alterum vali-

dum & magnum, sed sine capite, quid mali facio, si ipse me huic caput superimpono? Hoc ænigmate Cicero territus, Lata, ut ait in Murenæ defensione, & insigni lorica, quam modicè scissa toga ad significationem periculi ciuibus ostendebat, armatus, & magna ciuium manu stipatus, in campum descendit, Catilinæque repulsus iterum est factis Murena & Syllano Cofs. Quare quod adhuc occultè tentauerat, bello persequi statuit: Hetruriam, Apuliam, Agrum Picenum sollicitare, Romæ omnia mouere: quæ cum nihil procederēt, per M. Porcium Leccam socios conuocat. Ibi Cornelius & Vargunteius interficiendum Ciceronem suscipiunt: sed Cicero per Fuluiam monitus, aduenientes domo prohibuit, cumque per Manlium exercitum Catilina in Hetruria pararet, & Cicero priuato consilio urbem amplius tueri non posset, rem ad Senatū refert. Senatus decreuit ut darent operam Cofs. ne quid Resp. detrimenti caperet. Martius in Hetruriam, Metellus Creticus in Apuliam, Metellus Celer in agrum Picenum mittuntur, iisque permittitur ut exercitum comparent: ad hoc si quis indicasset de coniuratione, quæ contra Remp. facta erat, præmium seruo libertatem & sestertia centum, libero impunitatem eius rei, & sestertiorum ducenta millia. Item uti gladiatorix familiæ Capuam & in cætera municipia distribuarentur pro cuiusque opibus, Romæ per totam urbem vigiliæ haberentur, hisque minores magistratus præessent, quibus rebus ciuitas vehemēter permota, & immutata urbis facies erat. Tum igitur Cicero in ædem Iouis statoris senatū vocat, ad quem Catilina publiciis præfidiis nihil territus: licet etiam Plotia lege de vi interrogatus, tamen venit dissimulandi causa, aut sui expurgandi, sicuti iurgio laceffitus foret: sed eum Senatus sic aduersatus est, ut subsellia, ad quæ venerat, eius aduentu vacua facta sint. Historia coniurationis adhuc in Cicerone & Sallustio & Plutarcho eiusmodi est, Reliqua quod opus erit, suis postea locis dicentur. In Senatu sententiæ duæ fuerunt, altera seuerior interimendum, altera mitior emittendum esse Catilinam. Cicero utranque disputat, mitiorem tamen sequitur: prior sententia tractatur in proœmio, & prosopopœia contra Ciceronem: Catilina in-

terimēdus est, quia perniciosus civis: at refellitur, quia id crudele videretur: coniuratione omnibus nondum patefacta, quia reliquiae coniurationis residerent: altera quae speciem consilii magis, quam imperii prætexit, reliqua oratione tractatur. Abeat Catilina ex vrbe vel in exilium, quia coniuratio eius patet, quia civibus suspectus & infensus est, quia senatorum, equitum, bonorumque omnium, imò etiam suo iudicio damnatus est, quia id Ciceroni invidiosum est: vel ad bellum contra patriam, quia id Ciceroni gloriosum, Catilinae meditatum, & iucundum, patriae commodum, vt coniuratio penitus extingatur.

Quo tempore conato sit ad abscidendum... Argumentum... Quae ratio huius prima habitus...
Quo tempore conato sit ad abscidendum... Argumentum... Quae ratio huius prima habitus...
Quo tempore conato sit ad abscidendum... Argumentum... Quae ratio huius prima habitus...
Quo tempore conato sit ad abscidendum... Argumentum... Quae ratio huius prima habitus...



M. T. Ciceronis in L.

CATILINAM ORATIO PRIMA

ma in Senatu. P. Rami prælectionibus illustrata

quae ratio huius prima habitus



QVOSQUE tandem abutere Catilina patientia nostra? quam diu nos etiam furor iste tuus eludet? quem ad finem sese effrænata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium palatii, nihil urbis vigiliae,

Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus...
Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus...
Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus...
Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus...

nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habedi Senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? Patere tua consilia non sentis? constrictam iam omnium horum

Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus...
Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus...
Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus...
Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus... Quae ratio huius prima habitus...

conscientia teneri coniurationem tuam non vides?

Quid proxima, quid superiore nocte egeris, vbi fueris, quos conuocaueris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris? O tempora! O mores!

Senatus hoc intelligit, Consul videt: hic tamen viuit: viuit: imo vero etiam in Senatum venit: fit publici consilii particeps: notat & designat oculis ad eadem vnumquemque nostrum: nos autem vires fatiisfacere Reipublicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus.

Ad mortem te Catilina duci iussu Consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes iandiu machinaris.

P R A E L E C T I O N E S.

Principio disputatur caput deliberationis de morte Catilinae, quae sententia Catonis est, Luculli, & quorundam aliorum optimatum, quorum iudicium postea tanquam iudicium patriae describetur. Summa proemij in hunc ex adiunctis personae syllogismum inclusa, sententiam hanc continet.

Perniciosi ciues sunt morte multandi:

Catilina perniciosus est ciuis:

Catilina igitur morte multandus.

Partes variae exaggerantur. Assumptionis sententia praedit, quod Catilina sit perniciosus, quia impudens, furiosus, audax, coniuratus, sed postremum secundo loco. Hic syllogismus repetetur in prosopopoeia huius orationis contra Ciceronem.

Q V O V S Q V E. Apostrophe est initio in aduersarium (ut recte Quintilianus docet) ubi notabis per exor impudentis, qui aliena patientia diutius abutatur. E L V D E R E. Est ludo finem imponere, quod victores gladiatores victis saltem insultantes facerent, unde nunc ista metaphora (quandiu nos furor iste tuus eludet?) pro (quandiu furiosus nobis tanquam victis insultabis?) Haec metaphora Terentius in Eunuchis dixit, Peristi, eludet, ubi te victum senserit.

I A C T A B I T. Ostentare pro eodem post erit. Habes ubi ostentares praeclearam illam tuam patientiam, &c.

E F F R A E N A T A. Metaphora est ab equis, qui freno cohiberi non possunt, quae rursus postea. Quo te iam pridem tua ista effrenata ac furiosa cupiditas rapiebat?

N I H I L N E. Approbatio est audaciae & furoris ex subiectis rebus, quibus Catilina nihil moueatur. Vt enim

Intelligi Catilinae in reliquis
conuocatores fuisse ad
maiori parte persequi
et manu quo sequi
subdistinguit antiqua
quod hunc
proponit artificiosissimum
Eodem superuentus Catilina omnia
sua conatus captaret
O tempora.
Senatum sui temporis
missum deponat et indignatione
effertur
notum tyranniam in respiciendum
et Catilinae suspicionem.
Perniciosi appellat
conuocati consilium
Perniciosus

prodigus & effusus in pecuniis, sic furiosus & audax in periculis arnitur. Audacia in malam partem à Cicerone usurpatur, pro vitiosa fortitudinis exuperantia. Tum uerò exercitus erant per Italiam armati, Romæ præsidium & uigilie dispositæ, iudiciis præmium propositum (ut in argumento dictum est) Catilina tamen nihil his periculis mouebatur. **CONSENSVS.** Aldus legit Concurfus. Quintilianus tamen Consensus legit, pro quo Consensio post erit. **SENATVS.** Senatus tum in templo Iouis Statoris habitus est, ut duobus in hac oratione locis significatur. Atque huic ipsi Ioui Statori, &c. Quem Statorem huius urbis, &c. **ORA, VULTVS QVE.** Aduentem Catilinam nemo salutauit, quin omnes ea subsellia deseruerunt, ad quæ Catilina accessisset, ut post erit. Ergo hos comotos uultus Cicero significat. **PATERE.** Altera & præcipua assumptionis ratio est ex Catilinæ factis & facti adiuncto, quòd coniurauerit, & coniuratio ipsa manifesta sit, ubi notatis criminis & loci circumstantias. **CONSTRICIAM.** Metaphora est à deprehensis, & in uincula coniectis. Sic enim proprie Terentius ait, Constringe quadrupedem: & simili tropo Agraria prima Cicero, Ut Italiam omnibus uinculis deuinctam & constrictam teneretis. **OTEMPORA.** Complexionis sententia est (Quare Catilina morte multandus), sed inuoluitur proxima ratione per dissimilitudinem repetita, quanuis coniuratio manifesta sit, tamen Catilina uiuit. Varius ornatus est. O tempora: exclamatio est, quam Martialis ut insignem notauit:

Dixerat ô mores, ô tempora Tullius olim,

Sacrilegum strueret cum Catilina nefas.

NOTAT ET DESIGNAT. Allegoria uidetur à fabris opera sua signo aliquo notantibus. **NOS AVTEM.** Reprehensio est ignauie consularis ex dissimili complexionis, quòd Catilina metuitur, non occidatur: sæpius uerò postea repetitur, & uidetur ad Ciceronis leuandam inuidiam spectare, qui non iubeat interfici Catilinam, cum tamen possit & debeat. **ADMORTEM.** Complexio iam manifestior est, simili amplificata. Quare Catilina morte multandus est, & sic afficiendus, ut ciues suos afficere uult. **MACHINARIS.** Metaphora ab architectis, cuius generis in agrariis sunt illæ, omnium rerum machinatoribus, &c. ad illius opes. euertendum tanquam machinam comparari.

An uerò uir amplissimus P. Scipio pontifex maximus Tib. Gracchum mediocriter labefactantem statum Republicæ priuatus interfecit? Catilinam orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem nos Consules perferemus? Nam illa nimis antiqua prætereo, quòd Qu. Seruilius Hala Spurium

Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like 'Argumentum est a ministro ad', 'maius ubi non uidetur bene oratio', 'partem hoc modo se proprio loco', 'si quidam est uero publicum', 'consequitur figuram uero orationis', 'si iudicetor fiduciam', 'si dominus oris dominus', 'exhibentur potest subiecta'.

Melium nouis rebus studentem manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac Republica virtus, vt viri fortes acrioribus suppliciis ciuem perniciosum, quam acerbissimum hostem coercerent.

Habemus enim Senatusconsultum in te Catilina uehemens & graue: non deest Reipublicae consilium, neque authoritas huius ordinis: nos, nos, dico aperte, Consules desumus. Decreuit quondam Senatus, vt L. Opimius Consul videret, ne quid Reipublica detrimenti caperet: nox nulla intercessit: interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus clarissimo patre natus, auis, maioribus:

occisus est cum liberis M. Fuluius consularis. Simili Senatusconsulto C. Mario & L. Valerio Cofs. permessa est Reipublica: num vnum diem postea L. Saturninum Tribunum plebis, & C. Seruilium mors ac Reipublicae poena remorata est? At nos vigelimus iam diem patimur hebescere aciem horum authoritatis. habemus enim huiusmodi Senatusconsultum, veruntamen inclusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum: quo ex Senatusconsulto confestim interfectum te esse Catilina conuenit.

Viuus: & viuus non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam.

AN VERO. sententia propositionis sequitur. Perniciosi ciues sunt morte multandi, comprehensa & illustrata inductione sex exemplorum, Tiberij, Spurij, Caij, Fuluij, Saturnini, Seruiliij. Primum praesenti complexioni tanquam munus comparatur, de quo Plutarchus in Gracchis. SCIPIO. Hic Scipio est Serapion cognominatus nepos Scipionis, qui est vir optimus a Senatu iudicatus, ut ex Chronologia percipi potest. MEOCRITER. Leges agrarias tum Gracchus ferebat, de quibus nos in argumento agrariarum, & Scipio

ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...

ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...

ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...

ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...

ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...

ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...

ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...
ut hinc ab ut dignitate...

Tribunitia cæde pollutus, coactus est specie legationis Roma profugere, & in Asia paulò post obiit. **PRIVATIVS.** Pontifex tamen erat maximus: sed privatus esse, & cum imperio esse, contraria sunt: at sacerdotes tum imperiū non habuere. *Quin* (ut ait Aristoteles quarto Politico) nō omnes ministri publici sunt magistratus, ut sacerdotes, præcones, choragi. **NAM ILLA.** Secundum exemplum per *Ἐποφάσιον*, de quo Livius abunde lib. 4. cum magna Romæ fames esset, & Sp. Melius populo frumentum largiretur, eius largitionis præmiū patres regnum esse suspicati, dictatorem contra L. Quintium Cincannatum facere, à quo factus equitum magister Seruilius Hala Melium dictatoris imperio non obtemperantem interemit. **FVIT, FVIT.** Sententia propositionis generaliter hic exprimitur, & augetur collatione minorum, quòd in hostes supplicium sit minus. **COERCERENT.** Verbum est politicum, & in magistratu propriè dicitur. Magistratus nec obedientem, & nocuum ciuem multa, uinculis, uerberibusue coercento, ait 3. legum Cicero. Hinc coertio, in subditos imperium. **HABEMVS.** Assumptionis ratio tertia est, quòd Catilina sit perniciosus ciuis. Prima fuit, quia impudens, furiosus, audax: secunda, quia in patriam coniuratus: tertia nunc igitur est ex Senatus autoritate, quòd etiam à Senatu damnatus. **NON DEEST.** Arguitur iterum eodem complexionis dissimili ignauia consularis. **DECREVIT.** Tertium & quartum exemplum de cæde Caij & Fuluij. suis caussis & adiunctis ornatum, de quibus Plutarchus in Gracchis. Seditiones autem quas hic Cicero nominat, Agrariæ assignationes erant, de quibus nos in argumento agrariarū. **DETRIMENTI.** Ea potestas, ait Sallustius, per Senatum more Romano magistratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque ciues, domi militiæque summum imperium iudiciūque habere, aliter sine populi iussu nulli earum rerum Consul ius erat. **CLARISSIMO.** Pater Caij fuit Tiberius Sempronius Gracchus duobus consulatibus & totidem triumphis, item Censura insignis, auus maternus, Africanus superior: Fuluius autem consul fuerat, & de Gallogræcis triumphauerat. **SIMILI.** Quintum & sextum exemplum, de quibus pro Rabirio perduellionis reo, Cicero multa, & Plinius in iuris illustribus de Saturnino. **AT NOS.** Tertia est ignauiæ consularis reprehensio, ex eodem dissimili, quòd non ex S. C. Catilina interficiatur, sed metuatur. Allegoria ab obtusis gladiis, quæ mox expressa similitudine declaratur. **QVO EX SENATVSCONSVLTO.** Dissimile idem sine allegoria, & quidem quarto loco iteratur. **VIVIS ET VIVIS.** *ἀναδιπλωσις* & correctio eadem quæ prius, ubi notabis (ε) *ἐμφαν* *ἔμφαν* esse, pro imò uerò.

Cupio, P. C. me esse clementem, cupio in tantis Reipub. periculis, non dissolutum videri: sed iam meipsum inertia, nequitiaque codemno. ca

Dispositio
consequitur
cupio in tantis
periculis
non dissolutum
videri
sed iam meipsum
inertia, nequitiaque
codemno. ca

tra sunt in Italia contra Rempubicam in Hetru-
 ria faucibus collocata: crescit in dies singulos ho-
 stium numerus: eorum autem imperatorem castro-
 rum, ducemque hostium intra moenia, atque adeo
 in Senatu videmus, intestina aliquam quotidie per-
 niciem Reipublicae molientem. Si te iam Catilina
 comprehendi, si interfici iussero, credo, erit verendum
 mihi ne non hoc potius omnes boni ferius a me,
 quam quisquam crudelius factum esse dicat. Verum
 ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, cer-
 ta de causa nondum adducor ut faciam. tum deni-
 que interficiam te, cum iam nemo tam impro-
 bus, tam perditus, tam tui similis inueniri poterit,
 qui id non iure factum esse fateatur. Quandiu
 quisquam erit, qui te defendere audeat, viues, &
 viues ita, ut nunc viuis multis meis & firmis pra-
 fidiis obsessus, ne commouere te contra Rem-
 publicam possis, multorum te etiam oculi & au-
 res non sentientem, sicut adhuc fecerunt, specula-
 buntur atque custodient.

C V P I O. Hactenus proemium fuit: eius deinde sententia specie quadam
 diuiditur. Cicero clemens esse vult in tanto Reip. periculo, sed ignauus est, tanquam
 diceret quod alibi dicit, natura mea clementiam, Respu. seueritatem desiderat:
 quae duplices senatorum sententiae sunt. Alij enim seueritatem, alij lenitatem se-
 quebantur: ignauiam uero, Cicero lenitatem suam uocat, et approbat subiectis
 periculis. N E Q V I T I A E Q V E. Sic in eadem oratione postea inui-
 dia inertiae ac nequitiae pertimescenda. Metaphora est a dissoluta libidine, quae
 proprie ita dicitur, ut
 Nequitia est, quae te non sinit esse senem: ait primo Fastrum Ouidius. me-
 taphora inquam, illinc est ad dissolutam incuriam significandum. F A V-
 C I B V S. Hac metaphora significat angustias loci, ut de Corintho agraria
 secunda dixit: Erat posita in angustis atque in faucibus Graeciae. Intellige
 autem hic Fesulas in media Hetruuria, qui vicus nunc exiguus est. Eo enim Man-

Commonet Senatus bonos qui
 ceteros contra Catilinam
 illius in senatu collocata sunt
 illius in senatu collocata sunt
 illius in senatu collocata sunt

Quid in quisano.

Comitatus a diligentia quam
 adhibuit de summis reipublicae
 periculis in oblatione Catilinae
 quod fauere persequi conuincit
 ad rem a qua Catilina est abscissa
 esse conuincit et per se
 sanandi omnes Catilinae
 in qua Catilinae per se
 ad omnia de se ipso supplicium

lius manum militum conducebat. **DE ORVM CASTRORVM.**
Definitio est Catilinae ex adiunctis. **AT QVE ADEO.** Correctio
est per collationem maiorum. Sic pro Planco, Insector, posco, atque adeo flagito.
(Adeo) autem aliquando secus: ut, Ego princeps in adiutoribus, atque adeo secun-
dus. **SI TE IAM.** Disputat sententiam suam in partibus clementiae
ex adiunctis.

si te iam interfici iussero, cum tua coniuratio nondum omnibus pa-
teat, mali crudeliter factum esse dicent:

Sed tum iubebo, cum tua coniuratio omnibus patebit:

Quare nemo tum crudeliter factum dicet.

Assumptionis & complexionis sententia confusa est. **SIMILIS.** Peri-
phrasis hominis nequissimi ex Catilinae similitudine. **QUANDIV.**
Iteratur eadem ratio ad bonos confirmandum: fortitudo & providentia Consulis
ostenditur. **OCVLI ET AVRES.** Eiusmodi exploratores & cu-
stodes Aristoteles appellat quinti Politic. cap. II. *ποταρυιδας* (qui communiter
ποταρυιδαι dicuntur) item *ωκουσις*.

Etenim quid est Catilina, quod iam amplius ex-
pectes, si neque nox tenebris obicure cœtus nefa-
rios, nec priuata domus parietibus continere vocem
coniurationis tuae potest: si illustrantur, si erumpunt
omnia, muta iam istam mentem, mihi crede: obli-
uiscere cœdis atque incendiolorum. Teneris vndique.
luce sunt clariora nobis tua cœsilia omnia, quæ etiam
mecum licet recognoscas. Meministine me ante
diem XII. Calend. Nouembris dicere in Senatu,
certo die fore in armis qui dies futurus esset ante
diem VIII. Calend. Nouemb. C. Manlium auda-
cia satellitem atque administrum tuæ? Num me fe-
fellit Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam
incredibilis: verum, id quod multo magis est admi-
randum, dies? Dixi ego idem in Senatu, eadem te
optimatum contulisse in ante diem V. Calend. No-
uembris, tum cum multi principes ciuitatis Roma,

Muta Jaz...
Dixit mihi...
quæ sunt clariora nobis tua cœsilia omnia, quæ etiam
mecum licet recognoscas. Meministine me ante
diem XII. Calend. Nouembris dicere in Senatu,
certo die fore in armis qui dies futurus esset ante
diem VIII. Calend. Nouemb. C. Manlium auda-
cia satellitem atque administrum tuæ? Num me fe-
fellit Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam
incredibilis: verum, id quod multo magis est admi-
randum, dies? Dixi ego idem in Senatu, eadem te
optimatum contulisse in ante diem V. Calend. No-
uembris, tum cum multi principes ciuitatis Roma,

M...
Manlium...
Dixi ego idem in Senatu, eadem te
optimatum contulisse in ante diem V. Calend. No-
uembris, tum cum multi principes ciuitatis Roma,

Dixi ego idem...
Dixi ego idem in Senatu, eadem te
optimatum contulisse in ante diem V. Calend. No-
uembris, tum cum multi principes ciuitatis Roma,

non tam sui cōseruandi, quàm tuorum consiliorum
 reprimendorum causa profugerunt: num inficiari
 potes, te illo ipso die meis praefidiis, mea diligentia
 circumclusum, commouere te contra Rempubli-
 cam non potuisse, cùm tu discessu ceterorum, nostra
 tamen, qui remansissemus, cade contentum te esse
 dicebas? Quid: cùm te Praeneste Calend. ipsis No-
 uembris occupaturum nocturno impetu esse con-
 sideres: sensistine illam coloniam meo iussu, meis
 praefidiis, custodiis, yigiliis esse munitam? Nihil
 agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non mo-
 do audiam, sed etiam videam, planèque sentiam.

E T E N I M. Tractatur deinæps ad clementiæ partes continuandum
 proemij secunda ratio de coniuratione:

Si coniuratio tua pateat, muta mentem, & abi:

Sed primum:

Secundum igitur.

Propositio dissimilibus ornatur.

T E N E R I S. Assumptio antecedentis (Sed tua coniuratio patet) ad
 cuius probationem attentio excitatur. Inductio autem est lōgæ Chronologiæ. Pri-
 ma pars de armis comitiorum cōsularium die ad necandum Ciceronem sumptis,
 exornata adiunctis tēporis, personæ, causæ. **M E M I N I S T I D I C E -**
R E. Cicerō aliquando præteritum cum præterito (memini) coniungit, ut Memi-
 ni permisisse, ad Atticum. Item, Memini distribuisse, pro Roscio: item, defuisse, pro
 Milone. Frequentius tamen cum præsentis coniungit, ut hic: in eoque Valla labitur,
 qui Maronis illud,

Cantando puerum memini me condere soles,

ad poeticam licentiam refert, nec usitatum in prosa sermonis hoc genus existimat.
A N T E D I E M V I I I. C A L E N D. Hinc obseruabis quanto
 tēpore Cōsulatus prius designabatur, quàm miretur. XXI III. Octobris dies hic
 est. At Cōsulatus Calendis Ianuar. imitatur. Hoc autem die comitiorum, Cicerō
 Catilinam excitauit in Senatu, deque his interrogauit, ut in argumento diximus.
C. M A N L I V M. Hic postea belli facienda princeps fuit, & ei Catilina
 in prælio dextrum cornu attribuit. Hunc Manlium Plutarchus Malium uocat,
 & quondam sub Sylla strenuè militasse dicit. **D I X I E G O.** Secunda

pars de caede optimatum adiuncto metu illustrata. NONTAM SVI
CONSERVANDI. Hæc oratio usu congrua est, non arte: Sui enim
pluralis est numeri: Conservandi, singularis. Sic in diuinatione, Dolebas tantam
Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse, &c. Valla genus hoc
sermonis non satis considerate reprehendit. NVM INFICIARI.
Modesta prudentiæ & fortitudinis significatio est in providendo & propulsan-
do periculo: ex effectis Ciceronis & dictis Catilinæ argumentū est. QVID.
Tertia pars de occupando Præneste, ubi rursus virtus Consulis ostenditur. Oppi-
dum autem hoc, Romæ vicinum est. NIHIL AGIS. Complexio
superioris inductionis maiorum collatione aucta.

Recognosce tandem mecum noctem illam su-
perioiorem: iam intelliges multo me vigilare acrius
ad salute, quam te ad perniciē Reipublicæ. Dico te
priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscu-
rè) in M. Leccæ domū: conuenisse eodem complu-
res eiusdem amentia scelerisque socios: num ne-
gare audes? quid taces? conuincam, si negas, video
enim esse hîc in Senatu quosdam, qui tecum vna
fuere." "Odii immortales, vbinam gentium sumus?
quam Rempublicam habemus? in qua vrbe viui-
mus? hic, hic sunt, in nostro numero P. C. in hoc
orbis terræ sanctissimo, grauiissimoque consilio, qui
de meo nostrumque omnium interitu, qui de huius
vrbis atque adeo orbis terrarum exitio cogitent.
hosce ego video Consul & de Republica sententiam
rogo: & quos ferro trucidari oportebat, eos nondum
voce vulnere." Fuiſti igitur apud Leccam ea nocte,
Catilina: distribuisti partes Italia: statuisti quò quen-
que proficisci placeret: delegisti quos Romæ relin-
queres, quos tecum educeres: descripsisti vrbis partes
ad incēdia: confirmasti te ipsum iam esse exiturum:

Jubis falcarios.
Quid immortales.

Tragoia est aduocatio qua...

Conspicuo est qua significat...

Quod in loco dignitate...

dixisti paululum tibi esse etiam tum mora, quod ego
 viuerem. reperti sunt duo equites Romani, qui te ista
 cura liberarent, & sese illa ipsa nocte paulo ante lu-
 cem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur.

RECOGNOSCE. Secundus attentionis locus ad sequentium ex-
 positionem, ubi collatione minorum uirtus eadem consulis ostenditur. DICO
 TE. Postrema pars inductionis de superioris noctis consilio adiunctis illustrata.

FALCARIOS. Falx bellicum instrumentum adunco ferro præfi-
 xum, & nauale & murale erat. Cæsar tertio belli Gallici, vna erat magno usui
 res præparata à nostris, falces peracutæ, insertæ, affixæque longuriis, non absimi-
 li forma muralium falcum. Erat etiam falx, instrumentum quod instar hastæ
 gestari posset, quale fortassis est quod Francis (rancon) appellatur, ad pun-
 dum, cædendum, trahendum. Ergo Catilinæ satellites & ministri illis armis
 erant armati, nec à fœnificis metaphora est. NVM NEGARE. Vr-
 get confessionem Catilinæ silentio, & præsentium quasi testimonio. O DII
 IMMORTALES. Digressio per exclamationem ad exaggerandam
 præsentis status indignitatem ex loci circumstantia, quod coniu-rati sint in Senatu,
 iteratur autem res definitione Curia ex adiunctis, & definitione coniu-ratorum ex
 eorum factis: item facto Consulis qui uideat, nec puniat tamen. In postremo, ma-
 iorum collatio est. FVISTI IGITVR. Regressio ad narrationem,
 qua sigillatim partes exponuntur. Catilina autem Hetruriam Manlio, agrum
 Picenum Septimio, Apuliam Iulio assignarat: duodecim opportuna urbis loca ad
 incendia delegerat, quibus Statilius & Gabinius præfecti essent. DVO
 EQVITES. Sallustius hos nominat, Cornelium & Vargunteium: sed
 Vargunteium senatorem facit.

Hæc ego omnia, vix dum etiam coetu vestro di-
 misso, coperi domum meam maioribus præsidis mu-
 niui atque firmavi: exclusi eos, quos tu mane ad me
 salutatum miseras, cum illi ipsi venissent, quos ego
 iam multis ac summis viris ad me venturos id tem-
 poris esse prædixeram. Quæ cum ita sint, Catilina, per-
 ge quò cœpisti: egredere aliquando ex vrbe: patent
 porta: proficiscere. nimum diu te imperatorem illa
 tua Manliana castra desiderant: educ tecum etiam

Quæcumque hæc sunt...

Quæcumque hæc sunt...

Quæcumque hæc sunt...

Quæcumque hæc sunt...

Quæcumque hæc sunt...

Handwritten marginal notes on the left side of the page, including the word 'Quæcumque' and various annotations.

Handwritten marginal notes at the top of the page, including the name 'PET. RAMD PRAEL.' and various annotations.

omnes tuos: si minus, quamplurimos: purga urbem: magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus interfit. Nobiscum versari iam diutius non potes: non feram, non patiar, non finam. Magna diis immortalibus habenda est gratia, atque huic ipsi Ioui Statori, antiquissimo custodi huius urbis, quod hanc tam tetram, tam horribilem, tamque infestam Reipublicæ peste toties iam effugimus. Non est sæpius in vno homine salus summa periclitanda Reipublicæ.

H A E C E G O. Tertius est locus de provisione & cautione Consulis ex ipsius facto. **Q V A E C V M.** Complexio syllogismi paulò plus quam positum erat complexa, quæ variis adiunctis & factis amplificatur. **M V R V S I N T E R S I T.** Hic locus citatur à Plutarcho in Cicerone: Deet ut inter orationes nostras & gladios tuos murus urbis medius interfit. Et paulò post in hac oratione iterabitur. **N O B I S C V M.** Idem Catilinæ factum paulò secus tractatur:

Qui Remp. sæpius perdere uoluerit, diutius ferendus non est:
 Catilina perdere uoluit:
 Non igitur diutius ferendus.

Assumptio diuini auxilij causa exornatur. **A T Q V E.** Hæc dictio non solum coniungit, sed maius ponit, tanquam diceretur, Diis immortalibus, præcipuè Statori, &c. Sic ad Atticum Cic. Negotium magnum est nauigare, atque id mense Quintili: **S T A T O R I.** Iupiter Stator appellatus est, quod ad preas Romuli, Romanorum à Sabinis profligatorum fugam stitisset. Vide Liuium lib. 1. & de hoc rursus in fine huius orationis. **N O N E S T.** Sententia est propositionis, Qui Remp. sæpius perdere uoluerit, diutius ferendus non est.

“Quandiu mihi Consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me præsidio, sed priuata diligentia defendi: cum proximis comitiis consularibus me Consulem in Campo, & competitores tuos interficere uoluisti: compressi tuos nefarios conatus amicorum præsidio & copiis, nullo tumultu pu-

blicè concitato: denique quotiescunque me petisti, per me tibi obstiti: quanquam videbam perniciem meam cum magna calamitate Republicæ esse cōiunctam. Nunc iam aperte Rempubicam vniuersam petis: templa deorum immortalium, tecta vr- bis, vitam omnium ciuium, Italiam denique totam ad exitium & vastitatem vocas. Quare, quoniam id quod primum, atque huius imperii disciplinaeque maiorum proprium est, facere non audeo, faciam id quod est ad seueritatem lenius, ad communem salutem vtilius: Nam si te interfici iussero, relidebit in Republica, reliqua coniuratorum manus: sin tu (quod te iandudum hortor) exieris, exhaurietur ex vrbe tuorum comitum magna & perniciosa senti- na Republicæ.

Manuscr.
 Colligitur in arboribus omnia
 caribilia proferunt: quoniam
 subelligunt omnia quantum
 plerumque visibilia sunt inueniunt
 latere atque ut dicitur sub
 conspectu horum ut patet
 conspectu supplicium inueniunt
 in magno Republicæ periculo
 prohibet consules omnia proferre
 quod est auctoritas. Quae tam
 ex causis quae maiorem disciplinam
 non obtemperant dantur et
 non sunt in omnibus.

Sentina
 Utol, sic in arboribus multo
 ad regnum aduersariorum
 aduincata, qua significat
 conuersionem periculi
 conspectu est ad rem omnem
 conspectu est ubi sunt omnia
 aqua qui in mari est confusus
 ad sentinam, et quibus puppin
 gaudet prope ad sentinam
 puppin sit conuenienter
 ad sentinam sentinam parit
 nam puppa ad qua puppin
 est aqua in mari sunt
 confusus.

Quæ superiorem deliberationem secuta sint, Sallustius ita describit, Vbi Cicero assedisset, inquit, Catilina vt erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso vultu, voce supplici postulare à patribus cœpit, ne quid de se temerè crederent: ex ea familia ortum, ita vitam instituisse, vt omnia bona in spe haberet: ne existimarent sibi patricio homini, cuius ipsius atque maiorum plurima beneficia in plebem Rom. essent, perditam Repub. opus esse, cum eam seruaret M. Tullius homo nouus: ad hæc maledicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem & parricidam vocare. Tum ille furibundus, Quandoquidem circunuentus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina restinguam. Deinde se extemplo domum proripuit. Ibi multa secum voluens, quod neque insidiæ Consuli procedebant, & ab incendio intelligebat urbem vigiliis munitam: optimum factu credens, exercitum augere, ac prius quam legiones scriberentur, multa antè capere, quæ bello vsui forent. Nocte intempesta cum paucis in Manliana castra profectus est: sed Cethego atque Lætulo cæterisque, quorum cognouerat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis vt confirmet, insidias Consuli maturent, cædem, incendia, aliâque belli facinora parent, & sese propediem cum magno exercitu accessurum ad urbem. Hæc Sallustius. Plutarchus addit cum trecentis eum satellitibus abiisse. Gratulatio igitur est profectionis Catilinariæ ad confirmandum bonos, & debilitandum coniuratos, quasi victus iam sit Catilina. Ad hanc enim rem perpetua est comparatio coniuratorum & bonorum ciuium quales vtrique sint: sed de coniuratis quò manifestior infirmitas eorum fieret, prolixius est disputatum. Proponit igitur Orator initio eiectum & profligatum esse Catilinam, & hinc gratulatur populo. Prima gratulationis ratio est ex adiunctis & consiliis personæ, quod furiosus, & Reipub. exitium machinatus eiectus sit.

patriae letitia, ubi allegoria est ab aegrotis, qualis antea fuit illa, Periculum erit inclusum penitus in uenis atque uisceribus.

Ne si quis...

"At si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui in hoc ipso, in quo exultat & triumphat oratio mea, me vehementer accuset, quod tam capitalem hostem non comprehenderim potius, quam emiserim: non est ista mea culpa, Quirites, sed temporum. Interemptum esse L. Catilinam, & grauissimo supplicio affectum iam pridem oportebat: idque a me & mos maioru, & huius imperii seueritas, & Respublica postulabat: sed quam multos fuisse putatis, qui, quae ego deferrem, non crederent? quam multos, qui propter stultitiam non putarent? quam multos, qui etiam defenderent? quam multos, qui propter improbitatem fauerent? Ac si, sublato illo, de pelli a uobis omne periculum iudicaret, iam pridem ego L. Catilinam non modo inuidia mea, uerum etiam uita periculo sustulisset: sed quum uiderem, ne uobis quidem omnibus re etiam probata, si illum, ut erat meritis, morte multassem fore, ut eius socios inuidia oppressus, persequi non possem: rem huc deduxi, ut tum palam pugnare possentis, cum hostem aperte uideretis.

Exultat ut in Catilina... non potest... (marginal notes on the right side)

Me... (marginal notes on the left side)

De si... (marginal notes on the right side)

AT SI. Prolepsi proponitur alterum superioris deliberationis caput, cur Catilina non potius interemptus sit, quam emissus. EXULTAT. Metonymia est in(oratio) & metaphora in(exultat) quia inanimatae rei tribuitur actus, quod sine tropo diceretur, Ego oras exulto. TRIUMPHAT. Metaphorae origo nota est, quia in triumphis omnis generis gaudia exprimebantur. Ideo Triumphare & Exultare pro eodem sunt: ut pro Cluentio, Palam exultare letitia, & triumphare gaudio coepit. CAPITALEM. Caput aliquando periculis uitam significat: ut, In hac defensione capitis, fortunatrumque omnium.

pro Rabirio perduellionis reo. Hinc capitale crimen, iudicium, captalis fraus, hostis, ubi uita periclitatur. INTEREMPTVM. Confirmatio prolepsos ex iisdem argumentis, quæ in superioris deliberationis exordio, & pro sopopœia contra Ciceronem fuerunt. SED QVAM. Refutatio prolepsos ex adiunctis, quod coniuratio nondum planè omnibus pateat, ubi quorûdam ignavia & improbitas notatur. Quod idem bis antea fuit. Primum, Si te Catilina comprehendi iussero, &c. Deinde, Quamquam nonnulli, &c. A C S L Secunda refutationis ratio ex adiunctis commodis,

Si commodum esset, interemissem:

Non est commodum:

Non igitur interemi.

Hic locus bis antea fuit. Si te interfici iussero, &c. Hoc autem interfecto, &c. R E M H V C. Complexionis loco dissimile illud de aperto bello ponitur, ubi cum subiecto adiunctum collatum notabis, a p e r t æ p u g n æ c u m a p e r t o h o s t e

Quem quidem ego hostem, Quirites, quam vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quod illud etiam molestè fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. Vtinam ille omnes secum suas copias eduxisset. Togillum mihi eduxit quem amare in prætexta calumnia cœperat: Publi-

cium & Munatium, quorum æs alienum cõtractum in popinam, nullum Reipublicæ motum afferre poterat; reliquit, quos viros, quanto alieno ære, quam valentes, quam nobiles, vos videtis. Itaque ego illum exercitum ex Gallicanis legionibus, & cum hoc de-

lectu, quem in agro Piceno & Gallico Qu. Metellus habuit, ex iis copiis, quæ a nobis quotidie comparantur, magnopere contemno, collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis & decoctoribus, ex iis, qui vadimonia deserere, quam illum exercitum, maluerunt: quibus ego non modo si aciem exercitus nostri, verumetiam si editum Prætoris ostendero, concident. Hos, quos vi-

parum comitatus.
Quis est ille qui in prætexta calumnia cœperat?
Publius Cælius

Togillum mihi eduxit

Quomodo considerat fundum?
Quomodo considerat fundum?
Quomodo considerat fundum?

Quomodo aliter dicitur?
Quomodo aliter dicitur?
Quomodo aliter dicitur?

Agrestis luxuria
Quomodo aliter dicitur?
Quomodo aliter dicitur?
Quomodo aliter dicitur?

quos per foro dicitur volitare
 deo volitare in foro, quos stare ad Curiam, quos
 etiam in Senatum venire, qui nitent unguentis, qui
 fulgent purpura, malle[m] secum suos milites edu-
 xisset: qui si hic permanent, mementote non tam
 exercitum illum esse nobis, quam hos, qui exercitu
 deseruerunt, pertimescendos.

QVEM QVIDEM. Persequitur questionem, quod Catilina vi-
 ctus sit. Comparatio est coniuratorum & bonorum civium. *de Cicero* longa est
 usque ad locum (*instruite nunc*) initio etiam comparata, quod urbani coniurati
 magis timendi, quam castrenses. **VTINAM.** Exciuat castrenses Cati-
 line copias ex adiunctis, quod molles sint, aroti. **CALVMNIA.** Ver-
 bum hoc translaticium esse, nec ad rem quicquam facere videtur. Praetexta uitem,
 toga puerilis erat usque ad annum decimum septimum, quo uirilis sumebatur. Me-
 tonymia igitur est pro aetate iuuenili. **RELIQVIT VERO.** Am-
 plificat ex adiunctis urbanas coniuratorum copias, in quibus undecim senatores
 erant, ac plerique nobiles, ut in argumento dictum est. **ITAQVE.** Locus
 hic corruptus est, ubi *at Cicero* quaedam fuerat bonorum civium aduersus
 utrumque genus coniuratorum. Nec uero Catiline exercitum ex Gallicanis legio-
 nibus conflatum Cicero dicere uoluit, praesertim cum dicat in agro Gallico aduer-
 sus Catilinam copias comparari. Metellus autem hic est, ad quem 5. libro Ciceronis
 sunt epistolae. **COLLECTVM.** Haec referenda sunt ad Castreres Ca-
 tilinae copias, quae uariis adiunctis extenuatur, & minorum ite[m]q; maiorum collatione.
DECOCTORIBVS. Metaphora est pro arotis & prodigis, qui sicut
 olla aut uentriculus cibos coquendo consumunt, Tene sine memoria te praetextatum
 decoxisse, &c. *Philipp. 2.* **VADIMONIA.** Vas proprie dicitur in re ca-
 pitale, ut obse in re militari, praes in re pecuniaria. Vadimonium tamen generaliter
 accipitur pro sponsione certo die in iudicium ueniendi. Formula uero Romanis
 quondam fuit in uadimonio concipiendi, & promittendo non ea quae nunc est
 in litibus nostris: qualis uero fuerit, nescio: nec exemplum eius formulae unquam
 legisse memini. Ignominiosam uero fuisse uadimonij desertionem locus hic indi-
 cat, sicut alij apud Ciceronem multi. **ACIEM.** Talis oratione superiore
 metaphora fuit: Acie[m] authoritatis hebescere: acies autem exercitus, exercitum
 ipsum instructum significat.

- campo stetit agmen aperto:

Directaeque acies. Virgil. 2. Georg.

HOS QVOS. *at Cicero* de coniuratis urbanis, amplificata rursus
 aliis adiunctis. **VOLITARE.** Talis agraria secunda metaphora fuit,
 Volitat ante oculos istorum, Iuba regis filius, &c. Et tertia Catilinaria, Catilinam

detur releuata, quid si comites suum ducem sequentur? *æ'toris* differitur usque ad locū (Hunc uerò), hæc collatio fuit paulò antè tanquam maiorū. **QVID ENIM.** Disputatur *æ'toris* factis & adiunctis: adiunctis, quòd perditissimis sociis deditus sit Catilina. **SVBIECTOR.** Periphrasis est testamentarij, qui dicitur officiorum tertio, & pro sestio, id est, qui falsa testamenta subiciat. Generaliter appellatur à suetonio falsarius. **CIRCUNSCRIPTOR.** Circunscribere, pro decipere, in Lucullo Ciceronis similiter est, Fallacibus & captiosis interrogatiunculis circunscripti atque decepti. Videtur metaphora à feris, quæ indagane circinueniuntur & circunscribuntur. **GANEOS.** Ut à popinis popinones, sic à ganeis, meretricum lustris ganeones, qui ganeas frequentant, appellantur. **QVAECAEDES.** Reuocatur locus superior ex effectis, & inductione partium amplificatur de audacia & intemperantia: sed intemperantia præsertim, ut Catilina scortaretur idem, & lenocinaretur aliis. **PARENTVM.** Filij familiarum (ait sallustius) in coiuratione fuerunt, qui se parentes necaturos receperant. **NVNCVERO.** Concluditur è superioribus factis tantam subitorum coiuratorum manum conuenisse. **FOEDVS.** Talis coiuratorum periphrasis oratione superiore fuit: scelerum fœdere inter se, ac nefaria societate coniunctos.

Memorata sua familia...
 Dispositio...
 quæ non modo...
 ab hosti...
 amissa...
 compo...
 ordi...
 proprio...
 quod...
 Abque...
 Cato...
 Fabium...
 propter...
 deo...
 Catilina...
 virtute...
 Catilina...
 nia...
 in...
 virtute...
 Catilina...
 nia...
 in...
 virtute...

Atque, ut eius diuersa studia in dissimili ratione
 perspicere possitis, nemo est in ludo gladiatorio
 paulò ad facinus audacior, qui se non intimum Cati-
 linæ esse fateatur: nemo in scena leuior & nequior,
 qui se non eiusdem propè sodalem fuisse comme-
 moret. Atque idem tamen stuprorum & scelerum
 exercitatione assuefactus, frigore & fame & siti ac vi-
 giliis perferendis, fortis ab usibus suis locis prædica-
 batur, cum industria subsidia, atque instrumenta vir-
 tutis, in libidine, audaciaque consumerentur. Hunc ve-
 rò si sui fuerint comites secuti, si ex vrbe exierint
 desperatoru hominum flagitiosi greges: "ò nos bea-
 tos," ò Remp. fortunata, ò præclarã laudem Cõsu-
 latus mei. Non enim iam sunt mediocres hominū
 libidines, non humana audaciæ ac tolerandæ: nihil
 cogitant nisi cædes, nisi incendia, nisi rapinas. Pa-

trimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt: res eos iam pridem, fides deficere nuper coepit: eadem tamen illa, quae erat in abundantia, libido permanet. Quod si in vino & alea comestrationes solum & scorta quaerent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi: hoc vero quis ferre possit, inertes homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos sobriis, dormientes vigilantibus? qui mihi accubantes in conuiujs, complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, fertis redimiti, vnguentis oblit, debilitati stupris, eructant sermonibus suis eadem bonorum, atque urbis incendia.

AT QVE VT. Adhuc separatim de audacia & intemperantia: nunc de utroque simul, ex adiunctis sociis argumentum est. Gladiatorius autem ludus, audaciae ludus est, ut scena in qua impudicae fabulae stupris & adulterijs refertae tractantur, nequitiae ludus est. AT QVE IDEM. Repetitur idem, & naturalia virtutis semina in vitiosum habitum conuersa demonstrantur. HVNC VERO. Contra illam *αὐτοδοξία*, Exhausto Catilina ciuitas videtur recreata: *αὐτοδοξία* tandem sequitur, quae amplificatur consilijs coniuatorum. PATRIMONIA. Dissimile est ad eandem amplificationem, Quamquam libidinis facultas consumpta est, libido tamen permanet. ubi notabis (obligurierunt) metaphoram esse ab eduliorum suauitate, quae proprie dicuntur obliguriri, uel abliguriri. ut Terentius, Patria abligurierat bona: *ἀλιγυρῶν*, id est, dulces, ligurire grammatici putant deductum. QVOD SI. Continuatur amplificatio ex alio dissimili. HOC VERO. *αὐτοδοξία* alius aucta dissimilibus. QVI MIHI. *ἑτοιμότης* intemperantium ex adiunctis mirifice depicta illustratione *αὐτοδοξίας* proxima.

Quibus ego confido impendere fatum aliquod: & poenas iandiu improbitati, nequitiae, iceleri, libidini debitas, aut instare iam plane, aut certe iam appropinquare. Quos si meus Consulatus, quoniam

Quos si meum
Quos si meum
Quos si meum

Quos si meum
Quos si meum
Quos si meum

Quos si meum

Quos si meum
Quos si meum
Quos si meum

Quos si meum
Quos si meum
Quos si meum

sanare non potest, sustulerit, no breue nescio quod
tempus, sed multa secula propagarit Reip. Nulla
est enim natio, quam pertimescamus; nullus rex, qui
bellum populo Romano inferre possit: Omnia sunt
externa vnus virtute terra, marique pacata: domesti-
cum bellum manet: intus insidia sunt: intus in-
clusum periculum est: intus est hostis: cum luxu-
ria nobis, cum amentia, cum scelere certandum
est. Huic ego me bello ducem profiteor, Quirites:
suscipio inimicitias hominum perditorum. Quae
sanari poterunt, quacunque ratione sanabo: quae
resecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuita-
tis manere. Proinde aut exeant, aut quiescant: aut si
& in vrbe, & in eadem mente permanent, ea, quae
merentur, expectent.

Q V I B V S E G O. Minitatur rursus coniuratis urbanis, & eandem
seueritatem ostendit. F A T V M. Fatum & prosperum & aduersum gene-
raliter dicitur. Ideoque explicatur hic, quale de poenis, nempe debitis ac meritis.
Q V O S S I. Disputatur utilitas seueritati coniuncta, quae demde dissimi-
libus latius amplificatur. N U L L A E S T. illustratio propositae uti-
littatis ex dissimili. Nullum est externu bellum: hoc solum est domesticum. Sic pri-
ma agraria, Nullum externu periculum, non rex, non gens ulla, non natio perti-
mescenda, inclusum malum ac domesticum est: a Pompeio enim tum pyrtatis
& Mythridate superato pax summa erat toto oriente. I N T V S. ad Ca-
tilinae aucta quadam periphrafi coniurationis. Consimilis autem allegoria est
in defensione Murenae. Intus, intus est inquam equus Troianus, a quo nunquam
me Consule dormientes opprimemini. H V I C E G O. Opponitur rur-
sus ad coniurationem Consulis seueritas, ubi allegoria est a vitiatas partibus cor-
poris, quae quia sanari non possunt, amputantur. P R O I N D E. Conclu-
ditur seueritatis comminatio, & tamen rursus conceditur.

"At etiam sunt Quirites, qui dicant a me in exi-
lium eiectu esse Catilinam. Quod ego si verbo as-

Quintus Octavius
Sunt ambigunt ut in potest
intelligi de populo Romano
qui dicitur sua sed subigit
omnes subicit nationes. Pompeio
quo minus sunt apud Romanos
hoc duo scripto quod a pbaraphra
sunt subicit a caesare.

Quae uisanda

*Caupatio ut dicitur in
summo corpore in quo quaedam
in quo in subita putredine
in subita amputari debet
in aliqua in subita
in subita in subita
in subita in subita
in subita in subita
in subita in subita*

10

Induta causa
 sed indemnatu*s*, innoces in exilium eiectus a con-
 sule vi & minis esse dicitur: & erunt, qui illum, si hoc
 fecerit, non improbum, sed timidum: me non dili-
 gentissimum Consulem, sed crudelissimum tyran-
 num existimari velint. Est mihi rati, Quirites, huius
 invidia falsa atque iniqua: tepestatem subire, dum-
 modo a vobis huius horribilis belli ac nefarii peri-
 culum depellatur. Dicatur sanè eiectus esse a me,
 dummodo eat in exilium.

O CONDITIONEM. Disputatur syllogismus ille superioris orationis,

Si Catilina ierit in exilium, Cicero magnam invidiam subibit:
 At eam Cicero non recusat:
 Abeat itaque Catilina.

Forma conclusionis est inconstans: propositio commiserationem habet, & in exilium fuga exornatur adiunctis antecedentibus. NON ILLE. Amplificatio propositionis ex dissimili. ET ERUNT. Amplificatio secunda ex aliis dissimilibus. EST MIHI. Propositio adhuc fuit: assumptio sequitur, At Cicero non recusat invidiam. Finis autem subeunda invidia notatur.

DICATUR SANE. Complexio syllogismi.

Sed mihi credite, non est iturus. Nunquam ego a diis immortalibus optabo, Quirites, invidia mea leuanda causa, ut L. Catilinam ducere exercitum hostium, atque in armis volitare audiatis: sed triduo tamen audietis: multoque magis illud timeo, ne mihi sit inuidiosum aliquando, quod illum emiserim potius, quam quod eiecero. Sed cum sint homines, qui illum, cum profectus sit, eiectum esse dicant: iidem, si interfectus esset, quid dicerent? Quanquam isti, qui Catilinam Massiliam ire dicitant, non tam hoc queruntur, quam verentur. Nemo est istorum tam misericors, qui illum non ad Manlium, quam ad

Et mihi sunt.

Nunquam ego a diis.

Et cum sint.

Handwritten marginal notes in Latin, including phrases like 'Sed mihi sunt' and 'Nunquam ego a diis'.

Handwritten marginal notes in Latin, including phrases like 'Sed mihi sunt' and 'Nunquam ego a diis'.

Handwritten marginal notes in Latin, including phrases like 'Sed mihi sunt' and 'Nunquam ego a diis'.

servatur à nobis. QVOS QUIDEM. summa futurae disputatio- nis ponitur. ea que ad oratoris gratiam mitior.

Exponam enim.

Exponam enim vobis Quirites, ex quibus gene- ribus hominum ista copia comparentur: deinde singulis medicinam consilii atque orationis mea, si quam potero, afferam. Primum genus est eorum, qui magno in aere alieno maiores etiam possessio- nes habent, quarum amore adducti, dissolvi nullo modo possunt. Horum hominum species est hone- stissima (sunt enim locupletes) volutas vero & caussa impudentissima. Tu agris, tu aedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus & copiosus sis, & dubites aliquid de possessione detrahere, ac fidem acquirere? Quid enim expectas? bellum? quid er- go? in vastatione omnium, tuas possessiones sacro- sanctas futuras putas? An tabulas novas? errant, qui istas a Catilina expectant: meo beneficio tabula no- va proferetur, verum auctonaria. Neque enim isti, qui possessiones habent, alia ratione vlla salvi esse possunt. Quod si maturius facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare cum vltis, fructi- bus praediorum, locupletioribus his, & melioribus ci- uibus vteremur. Sed hosce homines minimè puto pertimescendos, quod aut deduci de sententia pos- sunt: aut si permanebunt, magis mihi videntur vota facturi contra Rempub. quam arma laturi.

Exponam enim vobis Quirites, ex quibus generibus hominum ista copia comparentur: deinde singulis medicinam consilii atque orationis mea, si quam potero, afferam.

Tu agris tu.

Exponam enim vobis Quirites, ex quibus generibus hominum ista copia comparentur: deinde singulis medicinam consilii atque orationis mea, si quam potero, afferam.

EXPONAM. Iteratur eadem propositio ad eandem gratiam. Sex au- tem genera describentur, omnia ferè ex adiunctorum loco. PRIMVM. Definitio primi generis ex adiunctis. Obcati, diuites, auari specie honestissimi, re impudentissimi. DISSOLVI. sic in Officiis, Nunquam nec maius aas cc.i.

alienum fuit, nec melius, nec facilius dissolutum est. SPECIES. Vulgus id apparentiā vocat, agrā. 2. Aliud quoddā obscurè molitur, aliud spe ac similitudine ostentat. LOCUPLETES. Diuites habentur honesti & probi & illustres, quia disciplina & nobilitas diuitias videtur comitari, ait Aristo. 4. Polit. TV AGRIS. sequitur morbi definitionē & explicationem sua medicina ex causis. Velis aliquid uēdere & fidem acquirere. QUID ENIM. Occupatur spes cōiurationis & repugnantibus refellitur. VASTATIONE. Pro eodem uastitas antea fuit. Demque totam Italiam ad exitium & uastitatem uocas. AN TABULAS. In praeuius belli propositis à Catilina tabulae nouae fuerūt. Veteribus tabulis deletis, uetus aes alienum debitoribus condonabatur, & remittebatur. Tabulae igitur nouae hāc remissionem significant. Cicerō autem ex dissimili cauillatur & iocatur. QVOD SI. Indicat inertia tantum aes alienum esse contractum. CERTARE. Id est, putare fructus praediorū usuris maiores esse. SED HOSCE. Concluditur refutatio primi generis.

Alterum genus est eorum, qui quanquam premuntur a re alieno dominationem tamen expectant: rerum potiri volunt: honores, quos quiesca Reipub. desperant, perturbata consequi se posse arbitrantur. Quibus hoc praecipendum videtur, vnum scilicet & idem, quod ceteris omnibus, ut desperent se id, quod conantur consequi posse. Primum omnium me ipsum vigilare, adesse, providere Reipub. deinde magnos animos esse in bonis uiris, magnam concordiam, maximam multitudinem, magnas praeterea copias militum: deos denique immortales huic inuicto populo, clarissimo imperio, pulcherrima urbi, contra tantam vim sceleris praesentis auxilium esse laturos. Quod si iam sint id, quod cum summo furore cupiunt adepti, num illi in cinere urbis, & sanguine ciuium (qua mente, coscelerata ac nefaria concupierunt) se Consules ac Dictatores, aut etiam Reges sperant futuros: Non videt se cupere id quod

Alterum genus est eorum, qui quanquam premuntur a re alieno dominationem tamen expectant: rerum potiri volunt: honores, quos quiesca Reipub. desperant, perturbata consequi se posse arbitrantur. Quibus hoc praecipendum videtur, vnum scilicet & idem, quod ceteris omnibus, ut desperent se id, quod conantur consequi posse. Primum omnium me ipsum vigilare, adesse, providere Reipub. deinde magnos animos esse in bonis uiris, magnam concordiam, maximam multitudinem, magnas praeterea copias militum: deos denique immortales huic inuicto populo, clarissimo imperio, pulcherrima urbi, contra tantam vim sceleris praesentis auxilium esse laturos. Quod si iam sint id, quod cum summo furore cupiunt adepti, num illi in cinere urbis, & sanguine ciuium (qua mente, coscelerata ac nefaria concupierunt) se Consules ac Dictatores, aut etiam Reges sperant futuros: Non videt se cupere id quod

Quod si iam sint id, quod cum summo furore cupiunt adepti, num illi in cinere urbis, & sanguine ciuium (qua mente, coscelerata ac nefaria concupierunt) se Consules ac Dictatores, aut etiam Reges sperant futuros: Non videt se cupere id quod

si adepti fuerint, fugituo alicui, aut gladiatori concedi sit necesse?

ALTERVM. Definitur secundum genus item ex adiunctis. Oberati sum & ambitiosi. QVIBVS. Adhibetur definito morbo sua medicina, ex consimili refutatione uanae spei, contra quam opponuntur contraria Reip. praesidia in Consule, ciuibus, exercitu, diis. QVOD SI. Continuaturs refutatio ex repugnanti euentu: Si uicerint coniurati, optatos honores in exitio urbis non assequetur. FUGITIVO. vide num quid hic desit, aut sententia sit, Gladiatoribus qui uiribus corporis superant, honores in tali bello cœdi necesse est.

Tertium genus est, ætate iam confectum, exercitatione robustum: quo ex genere est ipse Manlius, cui nunc Catilina successit. Hi sunt homines ex iis coloniis, quas Fesulis Sylla constituit: quas ego uniuersas ciuium esse optimorum & fortissimorum uirorum sentio: sed tamen hi sunt coloni, qui se insperatis repentiniſque pecunis sumptuosius insolentiusque iactarunt. Hi dum ædificant tanquam beatissimi prædiis, lecticis, familiis magnis, conuiuuiis, apparatus delectantur, in tantum æs alienum inciderunt, ut, si salui esse uelint, Sylla sit his ab inferis exciandus: qui etiam nonnullos agrestes, homines tenues, atque egentes in eandem illam spem rapinarum ueterum impulerunt. Quos ego utrosque, Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumque pono: sed eos hoc moneo, delinant furere, & proſcriptiones & dictaturas cogitare: tantus enim illorum temporum dolor iniustus est ciuitati, ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidē mihi passura esse videantur.

TERTIVM GENVS. Definitio tertij generis ex adiunctis. Partim ueterani Syllæ Fesulis collocati, profusi, oberati: partim rustici, mendiculi.

Solimus genus
C
Suspectat uisumque
Insperatis
Fugituo
Coniurati
Optatos honores
Exitio urbis
Assequetur
Fugituo
Vide num quid
Desit aut sententia sit
Gladiatoribus
Qui uiribus corporis
Superant honores
In tali bello
Cœdi necesse est
Tertium genus est
Ætate iam confectum
Exercitatione robustum
Quo ex genere est ipse Manlius
Cui nunc Catilina successit
Hi sunt homines ex iis
Coloniis quas Fesulis Sylla constituit
Quas ego uniuersas
Ciuium esse optimorum
& fortissimorum uirorum
Sentio sed tamen hi sunt coloni
Qui se insperatis
Repentiniſque pecunis
Sumptuosius insolentiusque
Iactarunt
Hi dum ædificant tanquam
Beatissimi prædiis
Lecticis familiis magnis
Conuiuuiis apparatus
Delectantur in tantum æs
Alienum inciderunt
Ut si salui esse uelint
Sylla sit his ab inferis
Exciandus
Qui etiam nonnullos
Agrestes homines tenues
Atque egentes in eandem
Illam spem rapinarum
Ueterum impulerunt
Quos ego utrosque
Quirites in eodem genere
Prædatorum direptorumque
Pono sed eos hoc moneo
Delinant furere & proſcriptiones
& dictaturas cogitare
Tantus enim illorum
Temporum dolor iniustus est
Ciuitati ut iam ista
Non modo homines sed ne
Pecudes quidē mihi
Passura esse videantur
Tertium genus
Definitio tertij generis
Ex adiunctis Partim
Ueterani Syllæ Fesulis
Collocati profusi oberati
Partim rustici mendiculi

Partim
Ueterani
Syllæ
Fesulis
Collocati
Profusi
Oberati
Partim
Rustici
Mendiculi

QVO SEGO. Significat hac parenthesi paucos ex his colonis coniurasse, reliquos bonos esse. Quadrageinta autem septem legiones Sylla in captiuos agros duxerat. INSPERATIS. Amplificatur profusio ex uariis factis. LECTICIS. Lecticas appellat, quibus molliter portabantur. Martial. l. 6, Octophoro sanus portatur Ante Philippus.

SYLLA SIT. Ex causa efficiente argumentum est. Sylla ab inferis excitetur, ut largiatur iis rursus proscriptiones, & eos locupletet. Inferos autem notabis Latine dici, ut Graece τὸν ἄδην, locum mortuorum non solum miserorum, sed etiam beatorum. Apud inferos enim Elysi campi sunt, ut philosophi non solum poetae statuunt. Christiani secus hoc uerbo tantum miserorum locum significant.

QVOS. Medicina est proximi morbi eadem ferè quæ secundi generis, quòd omnes boni contra propugnaturi sint. NON MODO. Sic agraria secunda, Non modò ÿ quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta atque agri letari mihi uidentur.

Quartum genus est sane varium, & mixtum & turbulentum: qui iampridem premuntur: qui nunquam emergunt: qui partim inertia, partim malegerendo negotio, partim etiam sumptibus, in uetere ære alieno vacillant: qui uadimonis, iudiciis, proscriptionibus bonorum, defatigati, permulti & ex urbe, & ex agris se in illa castra conferre dicuntur. hosce ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos esse arbitror. Qui homines primùm, si stare non possunt, corrumpunt: sed ita, ut non modò ciuitas, sed ne vicini quidem proximi, sentiant: nam illud non intelligo, quamobrem, si uiuere honestè non possunt, perire turpiter uelint: aut cur minore dolore perituros se cum multis, quam si soli pereant, arbitrentur.

QVARTVM GENVS. Definitio quarti generis ex adiunctis, Oberati, ignaui, infortunati, profusi, iudiciis damnati. EMERGENT. Metaphora ab aquis. Ad eas aues quæ in mari mergerentur, quæ cum emerissent, pisceque cepissent. 2. de natura deo. PROSCRIPTIONIBVS BONORVM. Ut creditoribus eorū satisficeret. HOSCE. Refutatio est quarti generis ex collatione maiorum, deinde ex adiunctis, quòd eorū mo-

Quarta genus
si sequitur y potest ypo
vari sine quomodo quatuor
mixtum appellat ut turbulentum
propheta quod constat uer
varia turba hominum qui
intermittit ut bonorum
appropinquat potestatem
in sumptibus factum dicitur
solatio est h. aduersus
in uetere ære alieno vacillant
quod occupator odit

Quartum genus est sane varium, & mixtum & turbulentum: qui iampridem premuntur: qui nunquam emergunt: qui partim inertia, partim malegerendo negotio, partim etiam sumptibus, in uetere ære alieno vacillant: qui uadimonis, iudiciis, proscriptionibus bonorum, defatigati, permulti & ex urbe, & ex agris se in illa castra conferre dicuntur. hosce ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos esse arbitror. Qui homines primùm, si stare non possunt, corrumpunt: sed ita, ut non modò ciuitas, sed ne vicini quidem proximi, sentiant: nam illud non intelligo, quamobrem, si uiuere honestè non possunt, perire turpiter uelint: aut cur minore dolore perituros se cum multis, quam si soli pereant, arbitrentur.

tus obesse non possit. NAM ILLVD. Cavillatio est ex adiunctis, quod turpem vitam mors turpis consequatur. AVT. Allusio est ad illud dictum, Consolatio miserorum est habere pares.

Na neq[ue] dimilli.

Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum: quos ego à Catilina non reuoco: nam neque diuelli ab eo possunt, & pereant sanè in latrocinio: quonia sunt ita multi, vt eos capere carcer non possit. Postremum autem genus est non solum numero, verum etiam genere ipso atque vita, quod proprium est Catilinae, de eius delectu, imò verò de complexu eius ac sinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis & talaribus ac tritis tunicis, velis amictos, non togis: quorum omnis industria vita, & vigilandi labor in antelucanis coenis exprimitur. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur: hi pueri tam lepidi ac delicati non solum amare & amari, neque cantare & psallere, sed etiam fidas vibrare, & spargere venena didicerunt: qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiam si Catilina perierit, scitote hoc in Repub. seminarium Catilinariu futurum. Veruntamen quid sibi isti miseri volunt? num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi: quemadmodum autem illis carere poterunt, his praesertim iam noctibus? quo autem pacto illi Apoeninum, atque illas pruinas ac niues perferet? nisi idcirco se facilius hystem toleraturos putant, quod in conuiujs nudi saltare didicerunt. O bellum magnopere pertimescen-

comobin ut statim...
similibus aut dicitur...
quos pexo capillo...
quos pexo capillo nitidos...
quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis & talaribus ac tritis tunicis, velis amictos, non togis: quorum omnis industria vita, & vigilandi labor in antelucanis coenis exprimitur.

Catavot.

Dactilo apud romanos...
Dactilo apud romanos ut patet...
Dactilo apud romanos ut patet...
Dactilo apud romanos ut patet...

Satoru Gor H. ur.

Quia metaphora...
Quia metaphora...
Quia metaphora...
Quia metaphora...

Quo autem pacto.

Concludit...
Concludit...
Concludit...
Concludit...

Isonia est...
Isonia est...
Isonia est...
Isonia est...

dum, cum hanc sit habiturus Catilina scortatorum
 cohortem Pratoriam.

Q V I N T V M G E N V S. Quintum genus ex adiunctis definitur, audaces, facinorosi, quos tanquam perditos & desperatos omittit, & breui cum Catilina perituros. P O S T R E M V M G E N V S. Postremi generis refutatio ex uariis adiunctis. Intimi Catilinae, lepidi, delicati, libidinosi.

A V T B E N E B A R B A T O S. Barba pexa & delibuta nitidos significat: Nam barbati ueteres Romani fuere. Vnum aliquem ex barbatis illis exemplum imperij ueteris, imaginem antiquitatis, columnen Reip. dices intueri. pro Sesto. Tempore tamen Ciceronis iam delicatiore, barba radebatur. M A N I C A T I S. Sic apud Virgilium nono AENEID. manicae reprehenduntur:

Et tunicae manicas & habent redimicula mitrae.

A C T R I T I S. Haec uerba redundant, & desunt in exemplaribus quibusdam. V E L I S A M I C T O S. significatur hac metaphora laxitas togarum, quae uelorum instar panderetur. A N T E L V C A N I S. Talis ebrietas in Pisonem arguitur. Vbi galli cantum audiuit, aurum suum reuixisse putat; mensam tolli iubet. Et M artialis,

Nocturno foetere mero qui credit Aetram,

Fallitur: in noctem semper Aetra bibit.

Concluduntur superiora duobus uerbis, & factis nouis exaggerantur. Q V I N I S I. Significat optandum postremi generis interitum, ne morum similitudo latius serpat, quod metaphora seminarij declaratur. Est uero seminarij, locus subactus, in quo cum semina fructuum arborumue excreuerunt, in uinetum, arbutumue transferuntur. Simili metaphora dictum est in Pisonem, Ex illo fonte & seminario triumphorum. Et primo Offic. Id autem est principium urbis, quasi seminarium Reip. V E R V N T A M E N. Refutatio postremi generis ex belli adiunctis, quae talibus deliciis repugnent, relinquendae uoluptates, toleranda frigora. H I S P R A E S E R T I M. Mense Decembri.

A P O E N I N V M. Mons Apenninus Italiam media diuidit. Hic uero mons uento & frigore biduum Hannibali obstitit, ait Livius. N I S I I D C I R C O. Caullatio est a repugnatis tantae tolerantiae. O B E L L V M. Concluditur protasis uniuersa de copiis Catilinae: cuiusmodi sequitur de bonorum contrariis copiis, cum quibus sigillatim superiora breuius comparantur, primum personae ipsae, principes cum principibus: deinde milites cum militibus.

Instruite nunc, Quirites, contra has tam praecelas
 ras Catilinae copias, uestra praesidia, uestrisque ex-
 exercitus: & primum gladiatorii illi confecto & saucio
 Consules, imperatoresque uestros opponite: deinde

Justitiam

Quintum genus ex adiunctis definitur, audaces, facinorosi, quos tanquam perditos & desperatos omittit, & breui cum Catilina perituros. Postremi generis refutatio ex uariis adiunctis. Intimi Catilinae, lepidi, delicati, libidinosi. Barba pexa & delibuta nitidos significat: Nam barbati ueteres Romani fuere. Vnum aliquem ex barbatis illis exemplum imperij ueteris, imaginem antiquitatis, columnen Reip. dices intueri. pro Sesto. Tempore tamen Ciceronis iam delicatiore, barba radebatur. Manicae reprehenduntur: Et tunicae manicas & habent redimicula mitrae. Haec uerba redundant, & desunt in exemplaribus quibusdam. Velis amictos. significatur hac metaphora laxitas togarum, quae uelorum instar panderetur. Antelucanis. Talis ebrietas in Pisonem arguitur. Vbi galli cantum audiuit, aurum suum reuixisse putat; mensam tolli iubet. Et Martialis, Nocturno foetere mero qui credit Aetram, Fallitur: in noctem semper Aetra bibit. Concluduntur superiora duobus uerbis, & factis nouis exaggerantur. Quinisi. Significat optandum postremi generis interitum, ne morum similitudo latius serpat, quod metaphora seminarij declaratur. Est uero seminarij, locus subactus, in quo cum semina fructuum arborumue excreuerunt, in uinetum, arbutumue transferuntur. Simili metaphora dictum est in Pisonem, Ex illo fonte & seminario triumphorum. Et primo Offic. Id autem est principium urbis, quasi seminarium Reip. Veruntamen. Refutatio postremi generis ex belli adiunctis, quae talibus deliciis repugnent, relinquendae uoluptates, toleranda frigora. His praesertim. Mense Decembri. Apoeninum. Mons Apenninus Italiam media diuidit. Hic uero mons uento & frigore biduum Hannibali obstitit, ait Livius. Nisi idcirco. Caullatio est a repugnatis tantae tolerantiae. Obellum. Concluditur protasis uniuersa de copiis Catilinae: cuiusmodi sequitur de bonorum contrariis copiis, cum quibus sigillatim superiora breuius comparantur, primum personae ipsae, principes cum principibus: deinde milites cum militibus.

contra illam naufragorum eiectam ac debilitatam
 manum, florem totius Italiae ac robur educite: iam
 vero vrbes, coloniarum ac municipiorum respon-
 debunt Catilinae cumulibus syluestribus. Neque vero
 ceteras copias, ornamenta, praesidia vestra cum il-
 lius latronis inopia atque egestate debeo conferre:
 sed si omisis his rebus omnibus, quibus nos suppedi-
 tamus, eget ille, Senatu, Equitibus Romanis, popu-
 lo, vrbe, arario, vectigalibus, cuncta Italia, provin-
 ciis omnibus, exteris nationibus: si inquam his re-
 bus omisis, ipsas causas, quae inter se collidunt, con-
 tendere velimus: ex eo ipso, quam valde illi iaceant,
 intelligere possumus. Ex hac enim parte pudor pu-
 gnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stu-
 prum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc
 scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc honestas,
 illinc turpitudine: hinc continentia, illinc libido: de-
 nique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia,
 virtutes omnes certant cum iniquitate, cum lu-
 xuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitis omni-
 bus: postremo copiam cum egestate, bona ratio cum
 perdita, mens sana cum amentia, bona denique
 spes cum omnium rerum desperatione configit.
 In huiusmodi certamine ac praelio nonne etiam si
 hominum studia deficiant, dii ipsi immortales co-
 gent ab his praeclarissimis virtutibus tot & tanta vi-
 tia superari?

Coloniarum...
 municipiorum...
 syluestribus...
 Neque vero...
 ceteras copias...
 praesidia vestra...
 illius latronis...
 egestate...
 debeo conferre...
 sed si omisis...
 rebus omnibus...
 quibus nos suppedi-
 tamus...
 eget ille...
 Senatu...
 Equitibus Romanis...
 populo...
 vrbe...
 arario...
 vectigalibus...
 cuncta Italia...
 provinciis omnibus...
 exteris nationibus...
 si inquam his re-
 bus omisis...
 ipsas causas...
 quae inter se collidunt...
 contendere velimus...
 ex eo ipso...
 quam valde illi iaceant...
 intelligere possumus...
 Ex hac enim parte...
 pudor pugnat...
 illinc petulantia...
 hinc pudicitia...
 illinc stuprum...
 hinc fides...
 illinc fraudatio...
 hinc pietas...
 illinc scelus...
 hinc constantia...
 illinc furor...
 hinc honestas...
 illinc turpitudine...
 hinc continentia...
 illinc libido...
 denique aequitas...
 temperantia...
 fortitudo...
 prudentia...
 virtutes omnes...
 certant cum iniquitate...
 cum luxuria...
 cum ignavia...
 cum temeritate...
 cum vitis omnibus...
 postremo copiam...
 cum egestate...
 bona ratio...
 cum perdita...
 mens sana...
 cum amentia...
 bona denique...
 spes cum omnium rerum...
 desperatione configit...
 In huiusmodi...
 certamine ac praelio...
 nonne etiam si...
 hominum studia...
 deficiant...
 dii ipsi immortales...
 cogent ab his...
 praeclarissimis...
 virtutibus...
 tot & tanta...
 vitia superari?

Quis occasionem...
 Magna...
 Quia...
 In partitione...
 Quod...
 Proposita...
 In...
 Quae...
 In...
 Quae...
 In...

Observanda sunt...
 quibus...
 occurrat...
 oratio...

In...
 Quis...
 Quae...
 In...
 Quae...
 In...
 Quae...
 In...
 Quae...
 In...

CONFECTO. sic Tusc. 2, Mittunt vulneribus confecti ad dominos,
 qui quaerant quid uelint, si satisfactum iis non sit, se uelle decumbere. NAV-
 FRAGORVM. Sic antea, Quod si se eiecerit, secumq; suos eduxerit, eo

dem undique collectos naufragos aggregauerit. IAM VERO. Tertia pars de urbibus quæ bonis adsint, desint malis. NEQVE VERO. Cōparantur reliquæ belli facultates, quibus coniurati sunt inferiores. SI IN- QVAM. Comparantur secundo post personas, loco causæ ipsæ ex variis adiunctis, quibus causæ Catilinæ modis omnibus sit inferior. CONTEN- DERE. Sic actione quarta, In tanta istius impudentia remittendum aliquid uidetur, ne omnia contēdamus. DENIQVE AEQVIVS. Reuo- catur inductionis superioris confusio ad quatuor genera virtutum & uitiorum. POSTREMO. Repetitur superiora quadam congerie similiter cōfusa. IN HVIVSMODI. Complexio comparationis aucta minorū colla- tione. Causam meliorem etiam si sit inferior, dū adiuvant. Quo ferè modo pro Ligario dictum est, Causa tum dubia erat, quod erat aliquid in utraque parte quod probari posset, nunc melior certè ea iudicanda est, quam etiam dū adiuerūt.

Quæ cum ita sint, Quirites, vos, quemadmodum iam antea dixi, vestra tecta custoditis, vigilisque defendite: mihi, ut vrbi sine vestro motu ac sine vllō tumultu satis esset præsidii, consultum ac prouisum est. Coloni omnes municipalesque vestri certiores a me facti de hac nocturna excursionione Catilinæ, facile vrbes suas finesque defendent: gladiatores (quam sibi ille maximam manum & certissimam fore puta- uit, quanquam meliore animo sunt, quam pars pa- triciorum, potestate tamen in vestra continebun- tur. Qu. Metellus (quem ego prospiciens hoc, in a- grum Gallicanum Picenūque præmisi) aut oppri- met hominem, aut omnes eius motus conatusque prohibebit: reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis, iam ad Senatum referemus, quem vocari videtis. Nunc illos, qui in vrbe reman- serūt, atque adeo, qui contra vrbis salutem omnium- que vestrum in vrbe a Catilina relictī sunt, quāquam sunt hostes, tamen quia nati sunt ciues, monitos etiā

*Quæcumque iudicia
patroni paterentur
adhibere sequi sunt contra rem.*

*Quæcumque iudicia
patroni paterentur
adhibere sequi sunt contra rem.*

*Nunc illos
quos in vrbe
relictos sunt
monitos etiā*

atque etiam volo. Mea lenitas adhuc si cui solutior
vifa est, hoc expectavit, vt id, quod latebat, erumpe-
ret: quod reliquum est, iam non possum obliuisci.
¹⁰ meam hanc esse patriam, me horum esse Con-
sulem: mihi aut cum his viuendum, aut pro his esse
moriendum. Nullus est portæ custos, nullus infi-
diator viæ: si qui exire volunt, consulere sibi possunt:
Qui vero in vrbe se commouerit, cuius ego non
modo factum, sed inceptu yllum conatumve con-
tra patriamprehendero, sentiet in hac vrbe esse
coss. vigilâtes, esse egregios magistratus, esse for-
tem Senatū, esse arma, esse carcerem, quem vin-
dicem nefariorum ac manifestorum scelerum ma-
iores nostri esse voluerunt.

QVAE CVM. Pro cōplexione gratulationis adhortatio est ad urbis
defensionem atque custodiam. COLONI. Repetuntur è superiore col-
latione præsidia coloniarum & municipiorum, & noua gladiatorum præsidia
adduntur. EXCURSIONE. Excursio, militare nomen est hoc
loco. Heluetij sine dubio sunt in armis, excursionēque in prouinciam fa-
ciunt, ait ad Atticum. hinc Excursor. Est populo Rom. certamen cum excursore,
cum latrone, cum Spartaco, 4. Philipp. QVANQVAM. Cor-
rectio est proxima parenthesis. Q. METELLVS. Postremum est
aduersus Catilinam præsidium de exercitu Metelli, de quo initio dictum est.
RELIQVIS. Diligentia Consulis & Senatus ad eandem populi confir-
mationem ostenditur. NVNCILLOS. Reuocatur ad extremū signi-
ficatio lenitatis iam toties adhibita. MEA LENITAS. Prolepsis
primæ summa repetitur de præteritæ lenitatis & futuræ seueritatis causa.
NULLVS EST. Egressio libertas iterum permittitur. QVI
VERO. Minæ initio iactatæ repetuntur, & oppositis causis augētur. VIN-
DICEM. Carcerē tamen, non pœnam Ulpianus esse dicit, eumque ad conti-
nendos homines, non puniēdos haberi oportere. Liuius cum Cicerone primo lib. sic
ait, Carcer ad terrorē incrementis audaciæ media urbe imminebat foro edificatur.

Atque hæc omnia sic agentur, Quirites, vt res
maximæ, minimo motu: pericula summa, nullo tu-

Iam non possim
conuenit ut ne
quod Gor
parto rephro...
conuocatus...
et resp....
quod Gor...
est a consulat officio
et primum...
Nullus est.
Ab impudens...
conuocatus...
et quod...
atque...
est a...

multu: bellum intestinum ac domesticum post
 hominum memoriam crudelissimu & maximum,
 me vno togato duce & imperatore sedetur. Quod
 ego sic administrabo, Quirites, vt, si vlllo modo fie-
 ri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac vr-
 be poenam sui sceleris sufferat: sed si vis manifesta
 audacia, si impendens patriæ periculum me ne-
 cessario de hac animi lenitate deduxerint, illud pro-
 fecto perficiam, quod in tanto & tam inlidioso bel-
 lo vix optandum videtur, vt ne quis bonus intereat,
 paucorumque poena vos omnes iam salui esse possi-
 tis. Quæ quidem ego neque mea prudentia, neque
 humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites,
 sed multis & non dubiis deorum immortalium si-
 gnificationibus: quibus ego ducibus in hanc spem
 sententiamque sum ingressus: qui iam non procul,
 vt quondam solebant, ab extero hoste atque lon-
 ginguo, sed hic praesentes suo numine atque auxilio
 sua templa atque urbis recta defendunt: quos vos,
 Quirites, precari, venerari atque implorare debetis,
 vt, quam urbem pulcherrimam, florētissimam, po-
 tentissimamque esse voluerunt, hanc omnibus ho-
 stium copiis terra matique superatis, a perditissimo-
 rum ciuim nefario scelere defendant.

Quod si tanto.

Clamantia sua cui amba
 et prudentia, ampliatio
 magnitudine belli
 et impudens
 et tametsi illud ad
 gressu
 natura videtur sim
 obtemperant
 fano polliceor
 salus
 monetur.

Quo quo ego.

at hoc vocat ut granior
 affectus per occupationem
 respondet
 inuentionem
 et tametsi illud ad
 no quoque
 quodammodo
 vobis
 omnia
 quod

ATQVE HAEC OMNIA. Repetitur lenitas, et collatione
 dissimilium amplificatur, quauis res sit grauissima, tamen moderate coercetur.
 TOGATO. Toga, pacis est uestis, ut sagum belli: hinc per metonymiam
 togatum ducem appellat inermem, unde illud eiusdem laudis elogium ab inuidis
 reprehensum, Cedat arma togæ, cedat laurea linguae: et certe propria Cice-
 nis ea laus fuit, Ariobarzanē Cappadociae regem sine praelio restituit: Cilicum, sy-

rorumque tumultus sine gladio pacavit: non solum hoc difficillimum bellum togatus confecit. Vide Plutarchum in Cicerone. Q V O D E G O. Altera lenitatis amplificatio ex effectis, quod in nemine, uel certe paucos sit animaduersurus: uidetur autem ad militarem illam legem respicere, de qua pro Cluentio, Statuerunt ita maiores nostri, ut si a multis esset flagitium rei militaris admissum: sortitione in quosdam animaduerneretur, ut metus uidelicet ad omnes, poena ad paucos perueniret. Q V A E Q V I D E M. Confirmat studium suum diuino quodam testimonio, idque ad maiorem populi confirmationem, de quo latissime tertia Catilinaria. Q V O S V O S. Concluditur oratio adhortatione ad uenerandos deos. Venerationis argumentum est ex ipsorum deorum beneficiis erga Romam. V R B E M P V L C H E R R I M A M. Sic antea, Deos denique immortales huic inuicto populo, clarissimo imperio, pulcherrimae urbi, contra tantam uim sceleris praesentis, auxilium esse laturos. P E R D I T I S S I M O R V M. Periphrasis est coniuratorum & coniurationis.

A N A L Y S E O S R H E T O R I C A E E T L O -
gicæ in secundam Catilinariam summa.

Quis huius gratulationis euentus, quamque gratus Quiritibus fuerit, plebis primò rerum nouarum cupidæ in pristino statu permansio, testimoniũ magnum est. Atque illud est oratio: caussas, si lubet, talis euentus cum Rhetoricis in elocutione, tum logicas in Topica inuentione & analytica dispositione reminiscendo subducamus. Quid elocutio in tropis? Ironia locis octo, Sinecdochæ triginta, Metonymia quinquaginta, Metaphora centum legitur. Sed in tropis omnibus geminatis geminatam gratiam recordemur. Hic ego uehemens ille consul, qui verbo ciues in exilium eiicio, Ironia est duplicata. Non in campo, non in foro, non in curia, Sinecdochæ triplicata. Maiore gratia tropus uterque simul geminatur. Homo enim uidelicet timidus & permodestus vocem consulis ferre non potuit: (timidus, permodestus, non potuit) Ironiæ sunt: (homo, vocem, consulis) Sinecdochæ sunt. Metonymiæ adhuc crebrius multiplicatur: & primi generis, Ferrum, flammamque minitantem: & secundi, Mente conscelerata & impia: & tertii, Tantus enim illorum temporum dolor iniustus

est ciuitati, sed imprimis quarti: A monstro illo atque prodigio, &c. In cinere vrbs & sanguine ciuium, &c. Ex hac parte pudor pugnat, illinc petulãtia, &c. Denique æquitas, tolerãtia, fortitudo, virtutes omnes, &c. Sed ex omnibus tropis metaphora & simplex & geminata gratissima est, Quæ sanari poterunt, quacunque ratione sanabo: quæ refecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare, &c. Florem totius Italiæ ac robur educite. Hæc troporum lumina tam multa sunt: figurarum multò pauciora: in verbis, Epizeuxim vno, Paronomasiam duobus, Orbem numerosum quatuordecim, Poliptoton octodecim, Anaphoram quadraginta locis animaduertemus: cæteras verborum figuras nusquam. Numerosæ similitudinis Symploce nusquam insignior est, quàm eo loco. Sed quàm multos fuisse putatis, qui quæ ego deferrem non crederent? quàm multos, qui propter stultitiam non putarēt? quàm multos, qui etiam defenderent? quàm multos, qui propter improbitatem fauerent? In sententiis Optationem, vt Apostrophem locis duobus, Permissionem & Exclamationem & Prolepsim quatuor, Prosopopœiã obliquam, vt Præteritionem vno obseruabimus: Cæteras sententiarum figuras nusquam. Ita tota elocutio tropis ornatior est, quàm figuris. Retexamus logicam, neruos popularis gratulationis & confirmationis videbimus: Ex caussarum loco finis præcipuè quidem non adhibetur, sed locis quatuor incurrit: Efficiens summum totius orationis argumentum est, de belli facultatibus, quas cõiurati, quãsq; contrà boni ciues habeãt: sicut secunda agraria, finis: Tertia testimonium: Prima Catilinaria effectum primarium argumentum fuit. Effecta coniuratorum multa sunt, Subiectum nullum, Adiuncta perpetua, Aduersum vno loco, Repugnans quatuor, Cætera dissentanea nulla: E' Comparatis maiora loco vno & viginti, Dissimilia vno pluribus, Minora quinque, Similia duobus, Par nullum. Sed in maioribus notabis formam illam (Non modo, sed etiam) septem locis: pluribus hanc (potius quàm, vel non tam, quàm): Notabis in dissimilibus formam hanc (non hoc, sed illud) sex locis: Item per (quanquam, tamen) quinque, vbi nota (quanquam) frequenter omittitur, Me scire

fentiunt, neque tamen permouentur: Notatio coniugatio-
 que nulla: Diuisio vno loco perspicua est. Exponam vobis ex
 quibus generibus hominum istæ copię comparentur, deinde
 singulis medicinam consilii atque orationis afferam: Defi-
 nitiones sunt manifestiores sex propositorum generum, sed
 ἡ ποικιλία καὶ ἐκείνων ad definitionis locum referendæ sunt, vt af-
 flicti Catilinæ, Iacet ille prostratus Quirites, & se perculsum
 atque abiectum esse sentit, & retorquet oculos profectò sæpe
 ad hanc urbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget, &
 luxuriosorum coniuratorum, Qui mihi accubantes in con-
 uiuiis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti
 cibo, fertis redimiti, vnguentis obliiti, debilitati stupris, eru-
 ctant sermonibus suis cædem bonorum atque incēdia. Testi-
 monia cūm hominum tum deorum adhibita sunt. Ergo sunt
 hæ quidem vires inuētioni Topicæ: Analyticæ verò dispo-
 sitiones in syllogismis plenis, exempla pauciora sunt, quàm in
 superiore oratione, & satis obscure concluduntur. Syllogismus
 simplex vnus est in primæ figuræ modo tertio: connexi tres,
 iique inconstanter conclusi. Atque iam monui, quàm rarus
 esset vsus syllogismi pleni. Analyseos verò posterioris & me-
 thodi seu doctrinam, seu prudentiam spectes, laus hic est am-
 plior. Etenim positum est initio, ad publicam gratulationem,
 victum esse Catilinam: idque problema tota oratione dispu-
 tatum: Partitio quædam facta est in comparatione de facul-
 tatibus coniuratorum & bonorum ciuium: coniurati in vr-
 banos & castrenses cōparatione alia diuisi, rursusque omnes
 in sex genera distributi, tandem partium explicatarum sum-
 ma pressius conducta & conclusa. Methodus hæc est doctri-
 næ: prudentiæ verò methodus est in duplici prolepsi, cur Ca-
 tilina non sit interemptus, cur sit crudeliter eiectus. Vtraque
 enim non publica populi, sed priuata Ciceronis causa adhi-
 bita est: atque in secunda, quia periculi plus habebat, plus est
 etiam laboratum: & quanuis seueritas lenitasque variè per-
 miscetur, lenitati tamen plus est concessum. Quamobrem
 cūm requires quibus causis hæc oratio populum delectarit,
 & in reipublicæ fide confirmarit, hæ tibi Rhetoricæ elocu-
 tionis & Logicæ inuentionis ac dispositionis mortuæ licet ar-

tes respondebunt, ea quibus animi multitudinis oblectari & confirmari poterant, hic esse adhibita: orationis ornatum, rei sententiæque argumentum via & ordine positū. Quid si consularem illam vultus tam popularis maiestatem: quid si vocis, quæ paulo' altius elata intimis audientium præcordiis, ut Plutarchus ait, timebatur: quid si totā illius Ciceroniani corporis eloquentiam animo conceperis, quanto maiores euentus huius causas concipies? Ergo hac analysi *διών* sic accipies, & illum fructum duplicem capies, de quo iam sæpe dixi, ut artem cum Rhetoricam, tum Logicam principiis Aristotelis *ἐπιλογῆν, ἰσοειᾶ, ἐμπειρίαν* facilius intelligas, facilius exerceas.

FINIS SECUNDÆ CATILINARIÆ.

M. Tullii Cicero
in L. Catilinam

ORATIO TERTIA AD QVL
...
...

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO

M. Tullii Ciceronis
in L. Catilinam

ORATIO TERTIA AD QUI-
rites, Petri Rami, eloquentiæ & philosophiæ pro-
fessoris Regii, prælectionibus illustrata.

M. Tullii Ciceronis
in L. Caecilium

ORATIO TERTIA AD QVI
cum Petri Hant, eloquentiae & philologiae pro-
fessoris & rectoris huiusmodi huiusmodi

ARGUMENTVM IN TERTIAM
Catilinariam.

Cùm Catilina ingressus ad bellum, hostis patriæ iudicatus esset à Senatu, ad eumque armis persequendū Antonius mitteretur, Cicero interea per Allobroges cõiurationem patefecit, coniuratos comprehendit, iudiciis conuicit, custodiæque tradidit. Historia superiorem consequuta, copiosè à Sallustio sic exponitur: Eisdem temporibus Romæ Lentulus, sicuti Catilina præceperat, quoscūque moribus aut fortuna nouis rebus idoneos credebat, aut per se, aut per alios sollicitabat: neque solùm ciues, sed cuiuscunque modi genus hominū, quod modò bello vsui foret. Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat, vti legatos Allobrogum requirat, eosque si possit, impellat ad belli societatem, existimans publicè priuatinq̄ ære alieno oppressos. Præterea quòd naturâ, Gallica gens bellicosa esset, faciliè eos ad tale consilium adduci posse. Umbrenus quòd in Gallia negotiatus erat, plerisque principibus ciuitatum notus erat, atque eos nouerat. Itaque sine mora, vbi primùm legatos in foro conspexit, percontatus pauca de statu ciuitatis, & quasi dolens eius casum, cœpit requirere, quem exitum tantis malis sperarent. Postquam illos videt queri de avaritia magistratum, accusare Senatum, quòd in eo auxilii nihil esset: miseris suis remedium, mortem expectare. At ego, inquit, vobis si modò viri esse vultis, rationem ostendam, qua tanta ista mala effugiatis. Hæc vbi dixit, Allobroges in maximam spem adducti: Umbrenum orare vt sui miseretur: nihil tam asperum, neque difficile esse, quod non cupidissimè facturi essent, dum ea res ciuitatem ære alieno liberaret. Ille eos in domum D. Bruti perducit, quòd foro propinqua erat, neque aliena consilii propter Semproniam: nam tum Brutus Roma aberat. Præterea Gabinium accersit, quo maior auctoritas sermoni inesset, eo præsentem coniurationem aperit, nominat socios, præterea multos cuiusque generis innoxios, quòd legatis animus amplior esset: deinde eos pollicitos operam suam, domum dimittit. Sed Allobroges diu in incerto habere quidnam consilii caperent. In altera parte erat æs alie-

num, studium belli, magna merces in spe victoriæ. At in altera maiores opes, tuta consilia, pro incerta spe, certa præmia. Hæc illis volentibus, tandem vicit Fortuna Reipub. Itaque Q. Fabio Sangæ, cuius patrociniò plurimum ciuitas utebatur, rem omnem vti cognouerant, aperiunt. Cicero per Sangam, consilio cognito, legatis præcepit, vt studium coniurationis vehementer simulent, cæteros adeant, bene polliceantur: dentque operam, vti eos quàm maximè manifestos habeant. Iisdem ferè temporibus in Gallia citeriore atque vltiore, item in agro Piceno, Brutio, Apulia motus erat. Nanque illi quos antè Catilina dimiserat, inconsultè, ac veluti per dementiam, cuncta simul agebant nocturnis consiliis, armorum atque telorum portationibus, festinãdo, agitãdo omnia: plus timoris, quàm periculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer Prætor ex decreto S. cognita causa, in vincula coniecerat: item in citeriore Gallia C. Murena, qui ei prouinciæ legatus præerat. At Romæ Lentulus cum cæteris qui erant coniurationis principes, paratis, vt videbatur, magnis copiis constituerat, vti cum Catilina in agrum Fesulanũ cum exercitu venisset, L. Bestia trib. plebis concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis, bellique grauißimi inuidiam optimo Consuli imponeret. Eo signo proxima nocte cætera multitudo, coniurationis suum quisque negotium exequeretur: sed ea diuisa hoc modo dicebantur. Statilius & Gabinius vti cum magna manu duodecim simul opportuna loca vrbs incenderent, quo tumultu facilius ad Consulem, cæterosque quibus insidiæ parabantur, fieret. Cethegus Ciceronis ianuam obsideret, eumque vi aggrediretur: alius autem alium. Sed filii familiarum, quorum ex nobilitate maxima pars erat, parentes interficeret: simul cæde & incendio, perculsis omnibus, ad Catilinam erumperent. Inter hæc parata atque decreta, Cethegus semper querebatur de ignauia sociorum, illos dubitando, & dies prolatando, magnas opportunitates corrumpere: factò non consulto in tali periculo opus esse: seque si pauci adiuuarèt, languentibus aliis impetum in curiam facturum. Naturâ feròx, vehemens, manu promptus erat: maximum bonum in celeritate putabat.

Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabinium cæteros cõueniunt: ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Cassio postulant iusiurãdum, quod signatum ad ciues perferant: aliter haud facile eos ad tantum negotium impelli posse: cæteri nihil suspicantes dant. Cassius semet eò venturum breui pollicetur, ac paulò ante legatos, ex vrbe proficiscitur. Lentulus cum his Titum Vulturium quendam Crotoniensem mittit, vt Allobroges priusquam domũ pergerent, cum Catilina, data atque accepta fide, societatem cõfirmarent. Ipse Vulturio literas ad Catilinam dat, quarum exẽplum infra scriptum est.

» Qui sim, ex eo quẽ ad te misi, cognosces: fac cogites in quantal calamitate sis, & memineris te virum esse: consideres quid tuæ postulent rationes: auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis. Ad hæc, mandata verbis dat, cum ab Senatu hostis iudicatus sit, quo consilio seruitia repudiet. In vrbe parata esse, quæ iusserat, ne cunctetur ipse propius accedere. His rebus ita actis constituta nocte, qua proficiscerentur, Cicero per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco & C. Promptino Prætoribus imperat, vt in ponte Miluio per insidias, Allobrogum comitatus deprehẽdant. Rem omnẽ aperit, cuius gratia mitebãtur. Cætera, vbi facto opus sit, ita agant: permittit illis homines militares, sine tumultu præfidiis collocatis, sicuti præceptum erat, occultẽ pontem obsident. Postquam ad id loci legati cum Vulturio venerunt, & simul vtrinque clamor exortus est: Galli citò cognito consilio sine mora Prætoribus se tradũt. Vulturius primò cohortatus cæteros, gladio se à multitudine defendit. Deinde vbi à legatis desertus est, multa prius de salute sua Prõptinum obtestatus, quòd ei notus erat. Postremò timidus, ac vitæ diffidens, velut hostibus sese Prætoribus tradidit. Quibus rebus cõfectis, omnia properè per nuntios Consuli declarantur. At illum ingens cura atque lætitia simul occupauere. Nam lætabatur intelligens, coniuratione patefacta, ciuitatem periculis ereptam esse. Porro autem anxius erat, dubitans in maximo scelere tantis ciuibus deprehensis quid facto opus esset: poenam illorum sibi oneri, impunitatem perdundæ Reip. fore credebat. Igitur confirmato animo vocari ad se iubet Lẽtulum, Cethegum, Statilium,

A.iii.

Gabinium, itémque Q. Ceparium Terracinensem, qui in Appuliam ad concitanda seruitia proficisci parabat: cæteri sine mora veniunt. Ceparius paulò antè domo egressus, cognito indicio ex vrbe profugerat. Consul Lentulū, quòd Prætor erat, ipse manu tenens in Senatū perducit. Reliquos cum custodibus, in ædem Cōcordiæ venire iubet: eò Senatū aduocat, magnaque frequentia eius ordinis, Vulturium cum legatis introducit. Flaccum, Prætorem scrinium cum literis, quas à legatis acceperat, eodē afferre iubet. Vulturius interrogatus de itinere & de literis, postremò quid, aut qua de causa cōsiliū habuisset, primò fingere, alia, dissimulare, de cōiuratione: post vbi fide publica dicere iussus est, omnia vti gesta erant, aperit: docetque se paucis antè diebus à Gabinio & Cepario socium accitum nihil amplius scire quàm legatos: tantummodo audire solitum ex Gabinio, P. Antronium, Seruium Syllam, L. Vargunteium, multos præterea in ea coniuratione esse. Eadem Galli fatentur. At Lentulum dissimulantem coarguūt, præter literas, sermonibus, quos ille habere solitus erat ex libris Sibyllinis, Regnum Romæ tribus Corneliis portendi: Cinnam atque Syllam antea, se tertium esse, cui factum foret, vrbis potiri. Præterea ab incenso Capitolio illū esse vigesimum annum, quem sæpe ex prodigiis aruspices respondissent, bello ciuili cruentum fore. Igitur perlectis literis, cum prius omnes signa sua cognouissent, Senatus decreuit, vti abdicato magistratu Lentulus, itémque cæteri in liberis custodiis habeantur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spinteri, qui tum ædilis erat, Cethegus quinto Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinius M. Crasso, Ceparius, (nam is paulò antè ex fuga retractus erat) Cn. Terentio Senatori traditur. Ergo hæc historia est, quæ ferè eadem paulò post exprimitur hic à Cicerone. His de causis Senatus præmium Vulturio & Allobrogibus (indiciis eorum comprobatis) & Antonio Cōsuli laudem, Ciceroni supplicationem per omnia tēpla decreuit, ad quam celebrandam populus hac oratione excitatur.



M. Tullii Ciceronis in L. Ca

TILINAM ORATIO TERTIA ad Quirites, Petri Rami, Eloquentia & Philosophia professoris Regii, pralectionibus illustrata.

Handwritten notes in the right margin, including 'Argumentum' and various annotations on the text.



REMPUBLICAM, Quirites, vitam que omnium vestrum bona, fortunas, coniuges, liberosque vestros, atque hoc domiciliu clarissimi imperii, fortunatissimam, pulcherri-

mamque urbe, hodierno die deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculisque meis ex flamma atque ferro, ac penes ex faucibus fati ereptam & vobis conferuatam ac restitutam videtis. Et, si non minus nobis iucundi atque illustres sunt ii dies, quibus conferuamur, quam illi, quibus nascimur (quod salutis certalantitia est, nascendi incerta conditio: & quod sine sensu nascimur, cum voluptate conferuamur) profecto, (quoniam illum, qui hanc urbem condidit, Romulum ad deos immortales benevolentia, fama que sustulimus,) esse apud vos posterisque vestros in honore debet dies is, qui eandem hanc urbem conditam ampliatamque seruauit. Nam totius urbis templis, delubris, rectoribus omnibus, subjectos propere iam ignes

Handwritten notes in the right margin, including 'Argumentum' and various annotations on the text.

Vertical handwritten notes on the left margin.

^{restringimus} ^{ego reieci}
circundatosque ^{circundatos} ^{restringimus} restinximus, iidemque ^{restringimus} ^{circundatos} gladios in
Rempub. ^{restringimus} ^{circundatos} districtos retudimus, mucronesque eorum a iugulis vestris reiecimus.

REMPUBLICAM. Ponitur initio totius orationis summa:
Civitas deorum immortalium gratia, & Ciceronis diligentia conservata est:
Quare supplicatio nomine Ciceronis celebranda:
Sed complexio nondum ponitur. **ET SI.** Confirmatio est ex collatione parium. Syllogismus duplici parenthesi minus apertus est:
si dies salutaris non minus est iucundus, quàm natalis, hic salutaris dies est celebrandus:
Sed primum:
Secundum igitur.

QVOD SALVTIS. Assumptionis sententia ex partium adiunctis probatur in hac parenthesi. **QVONIAM ILLVM.** Hac item parenthesi probatur, quod nondum tamen expositum est, consequens propositionis exemplo conditoris, cuius definitio & nomen ponitur. Duodecimo autem Calendas Maij, Natalis urbis dies cum honore Romuli celebrabatur, ut Ovidius 4. Fastorum scribit. **NAM TOTIVS VRBIS.** Repetitur argumentum initio positum, civitas est liberata. **IGNES CIRCVDATOS.** sic in Pisonem, Ego tela intentata iugulis civitatis de coniuratorum nefariis manibus extorsi: ego faces iam accensas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, restinxi. Est autem verbo (propè) significata brevis similitudo.

Quæ quoniam in Senatu illustrata, patefacta, compertaque sunt per me, vobis iam exponam breuiter, Quirites, ut & quata, & quam manifesta, & quâ ratione inuestigata & comprehensa sint, vos, qui & ignoratis & expectatis, scire possitis. Principio vt Catilina paucis antè diebus erupit ex vrbe, cum scele- ris sui socios, & huiusce nefarii belli acerrimos du- ces Romæ reliquisset, semper vigilavi & providi, Quirites, quemadmodum in tantis & tam abscon- ditis insidiis salvi esse possemus. Nam tum, cum ex vrbe Catilinam eiiciebam, (non enim iam vereor

Incipio.
Haec orationis est initium quo
deus munus ad populum
per tribum cuius coniurationem
perhibent manifestato fuerunt
falsis iugis iugitanti, ut patet
tamam et conuenit optimo consilio
quo fuiti fugati sunt a re
coniurationis contra prius posse.

no diu fuit dicitur.
si ephoraque eius motus non dat
circum ut vtrius possit, diuini
fuerunt quod catilinae ut morte
conuenit cum huius urbe ad
vobis ephoraque
catilinae coniurationis omnia manifestata
vobis iugis et causa est et
per hanc mortem humilitate reus
catilinae dicitur et post duo catilinae illius ab
vobis ut ab vobis legidatus. vobis ego
vobis ut vobis legidatus. vobis ego
quæ quæ vobis.

huius verbi inuidiam, cum illa magis sit timenda, quod viuus egressus est) sed tum, cum illum exterminari volebam, aut reliquam coniuratorum^a manum simul exituram, aut eos, qui remanissent, infirmos sine illo ac debiles fore putabam.

QVAE QVONIAM. Locus docilitatis & attentionis ex adiunctis, coniurationem conuictam in senatu, breuiter uobis exponam. PRINCIPIO. Narratio longissima sequitur de coniuratorum comprehensione, iudiciis, quaestione, confessione, securoque Senatusconsulto. in quibus omnibus iudiciorum Rom. formula consideranda est. Comprehensio suis causis diligenter explicatur, quarum prima & princeps est Ciceronis diligentia. NAM TVM. Dissimile ad augendam diligentiae fidem. Eiecto Catilina putabam reliquos abituros, aut quicturos: ac secus accidit. Eiciendi uero Catilinae finis praeponatur.

Itas ego et dii.

Atque ego, ut vidi, quos maximo furore & scelere esse inflammatos sciebam, eos esse nobiscum, & Romae remanuisse, in eo omnes dies noctesque consumpsi, ut quid agerent, quid molirentur, sentirem ac viderem: ut quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris, inuicem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehenderem, ut tum demum animis salutis vestrae prouideretis, cum oculis maleficium ipsum videretis. Itaque ut comperi legatos Allobrogum belli Transalpini & tumultus Gallici excitandi causa a P. Lentulo esse sollicitatos, eosque in Galliam ad suos ciues eodem itinere cum literis mandatisque ad Catilinam esse missos, comitemque iis adiunctum Vulturium, atque huic datas esse ad Catilinam literas: facultatem mihi oblatam putavi, ut quod erat difficillimum, quodque ego semper optabam a diis immortalibus, tota res non solum a me, sed etiam a Senatu, & a vobis manifeste

Sp. sua et opinio aduocata... quosdam inter eos... non sicut res... aduocata... modo... modo... modo...

Itaque ut comperi.

Comperi... legatos... Galliam... Catilinam... Vulturium... literas... manifeste...

deprehenderetur. Itaque hesternodie L. Flaccum, & C. Pontinum Prætores fortissimos atque amantissimos Reip. viros, ad me vocavi: rem omnem exposui: quid fieri placeret, ostendi.

ATQUE EGO. ait: quod dicitur est: attamen neque abierunt, neque quieverunt: maiorem itaque diligentiam adhibui. UT QUONIAM. Ratio maioris diligentiae ex suo fine, ut coniuratio conuinceretur. ITAQUE UT. Adiuuantes causae sequuntur, cum principe tamen perpetuo coniunctae, de Allobrogibus, Prætoribus, militibus. Prima de sollicitatione Allobrogum, de quibus ex Sallustio iam dictum est. Fuit autem gens Allobrogum quondam nulla Gallica gente, opibus aut fama inferior. Hannibal tempore regnum fuit: Hannibalque transiens maiori fratri Branco regnum restituit, ait Livius, Sabaudia & Delphinatus est hodie. FACULTAS. Concluditur facultas causae proximae. ITAQUE. Secunda adiuuans causa de prætoribus, qui suis adiunctis exornantur.

Illi autem, qui omnia de Reip. præclara atque egregia sentirent, sine reculatione, ac sine vlla mora negotium susceperunt: & cum aduersa sperasset, occultè ad pontem Miluium peruenerunt: atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos & pons interesset: eodem autem & ipsi sine cuiusquæ suspitione multos fortes viros eduxerunt: & ego de præfectura Reatina complures delectos adulescentes (quorum opera utor assidue in Reip. præsidio) cum gladiis miseram. Interim tertia ferè vigilia exacta, cum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperet, vnaque Vulturcius: fit in eos impetus, educuntur & ab illis gladii, & à nostris: res erat Prætoribus nota solis, ignorabatur a cæteris: Tum interuentu Pontini atque Flacci, pugna, quæ erat commissa, sedatur: lite-

Handwritten marginal notes in Latin, including phrases like 'Illi autem qui omnia', 'Sunt cuiusque suspitione', and 'Sola flos vigiliae'. The notes are written in a cursive hand and provide commentary on the main text.

Additional handwritten notes at the bottom of the page, continuing the commentary on the text.

ra, quæcunque erant in eo comitatu, integris signis Prætoribus traditur: ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur.

ET CVM. Circumstantiæ temporis & loci ad perpetuam narrationis fidem interponuntur. Pons autem Miluius extra urbem est uersus Hetruriam. EODEM AVTEM. Tertia causa adiunans, nempe de militibus, qui suis item adiunctis ornantur. PRAEFECTURA. Vbi uindictæ agebantur, & magistratus Romanus ius dicebat, præfectura erat. Reate autem, Sabi- norum est oppidum, umbilicus Italiæ, Varronis patria. INTERIM. Præcedentium causarum euentus exponitur adiunctis temporis, loci, item factis. LITÆRÆ. Hæc prima pars est comprehensionis de literis & indicibus.

Non enim Senatus...

Antiqua Senatus... non enim Senatus... non enim Senatus...

Atque horum omnium scelerum improbißimū machinatorem Cimbrum Gabinium statim ad me nihil dum suspicantem vocaui: Deinde item accersitur P. Statilius, & post eum Cethegus: tardissime autem Lentulus venit, credo quòd in literis dandis præter consuetudinem proxima nocte uigilarat. Cum uero summis ac clarissimis huius ciuitatis uiris, qui audita re frequentes ad me mane conuenerant, literas a me prius aperiri, quam ad Senatum referri placeret, ne si nihil esset inuentum, temere a me tantus tumultus iniectus ciuitati uideretur: negaui me esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem. Etenim, Quirites, si ea, quæ erat ad me delata, reperta non essent: tamen ego non arbitrabar in tantis Reipub. periculis esse mihi nimiam diligentiam pertimescendam. Senatū frequenter celeriter, ut uidistis, coegi: atque interea statim admonitu Allobrogum, C. Sulpitium Prætorem fortem uirum misi, qui ex ædibus

Car. V. 100

Inductus... non enim Senatus... non enim Senatus...

Cethegi, si quid telorum esset, efferret: ex quibus ille maximū siccarum numerum & gladiatorum extulit.

ATQVE HORVM. Secunda pars comprehensionis de quatuor coniuratis, suis adiunctis illustrata. Credo. Caullatur somnum Lentuli ex efficiēte causa. CVM VERO. Interponitur ad maiorem fidem reprehensio, quasi nimiae diligentiae: argumentum ex adiunctis est. ROGA VI. Refutatio reprehensionis ex coniugatis: De publico periculo publice differendum. ETENIM. Confirmatio ex dissimili. In publico periculo, quanuis falsa suspicio, tamen diligentia non accusanda. SENATVM. Complexio refutationis. ATQVE INTEREA. Interponitur comprehensae coniurationis indicium ex telis Cethegi.

Introduxi Vulturium sine Gallis: fidem ei publicam iussu Senatus dedi: hortatus sum, vt ea, quae sciret, sine timore indicaret: tum ille dixit, cum vix se ex magno timore recreasset, a P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata & literas, vt feruorum praesidio vteretur, & ad urbem quamprimum cum exercitu accederet: id autem eo consilio, vt cum urbem omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum distributumque erat, incendissent, caedemque infinitam ciuium fecissent, praesto esset ille, qui & fugientes exciperet, & se cum his vrbaniis ducibus coniungeret. Introducti autem Galli, iusiurandum sibi & literas a P. Lentulo, Cethego, Statilio, ad suam gentem datas esse dixerunt, atque ita sibi ab his, & a L. Cassio esse praescriptum, vt equitatum in Italiam quamprimum mitterent: pedestres sibi copias non defuturas: Lentulum autem sibi confirmasse, ex fati Sibyllinis Aruspicumque responsis se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius vrbis atque im-

*fidem dare publicam ad
est atque quod scilicet
dedit Senatus iussu
Gallia hoc solum
quod significat non propter
et in fugientibus sed ad
omni vrbis*

*impeditur
omni iussu
non ad huc
quod significat
omni vrbis
quod significat
omni vrbis
quod significat
omni vrbis*

perium peruenire esset necesse: Cinnam ante se & Syllam fuisse: eundemque dixisse, fatalem hunc esse annum ad interitum huius vrbs atque imperii, qui esset decimus annus post virginum absolutio- nem, post Capitolii autem incensionem, vigesimus.

*Primum annus
per annis autem caplena
in alio consuetudo
quod dicitur in talis nomine Fabio
quia soror erat absolutio
quod dicitur in talis nomine Fabio
quia soror erat absolutio*

INTRODVXI. Prima pars narrationis adhuc fuit, quomodo comprehensi coniurati, indicia & quaestiones sequuntur, primam Vulturij: Res illustratur adiunctis. INTRODVCTI. Indicium Allobrogum sequitur, actis & scriptis primè communiter expositum. EQVITATVM. Equitatus Gallicus iam olim celebris fuit, Quingenti equites Heluetij (aut Caesar) quatuor millia Romanorum equitum, loco pepulerunt: imò, quod incredibile ferè est, equites minus triginta Galli, Maurorum equitum duo millia fugarunt, ut in bello Africano Hircius. Regio uerò equitationi apta, & in ea nobiles opulenti disciplinam illam ueterem uidentur adhuc conseruasse. Hæ siquidem causæ sunt equitatus, ut Aristoteles in Politicis docet. LENTVLVM. Separatim indicantur Lentuli dicta, qui & sibi regnum, & urbi exitium futurum confirmabat. Paralogismus uerò sophisticus ex illis factis, Lentulo eiusmodi fuit,

*Dignus annus autem
in talis consuetudo
quod dicitur in talis nomine Fabio
quia soror erat absolutio
quod dicitur in talis nomine Fabio
quia soror erat absolutio*

Tertius Cornelius Romæ regnabit: cum tres Cornelios regnaturos fata prædixerint, duoque iam regnarint, Cinna & Sylla:

Lentulus est ille tertius Cornelius:

Regnabit igitur.

Propositio illa fatidica mentiri potuit, & assumptio falsum polliceri. VIRGINVM. Fabiam uestalem significat, de qua iam in summo argumento dictum est. Hac de re locus in oratione Ciceronis in toga candida habita sic fuerat aduersus Catilinam: Hanc tu habes dignitatem, qua fretus me contemnis & despicias: an eam qua reliquum uitæ consequutus, cum ita uixisti, ut non esset locus tam sanctus, quò non aduentus tuus, etiam cum culpa nulla subesset, crimen adferret? Ad hæc Ciceronis uerba Asconius ait, Fabia uirgo uestalis causam inæsti dixerat, cum ei Catilina obiiceretur, eratque absoluta hæc Fabia, quia soror erat Terentiæ Ciceronis. Ideo sic dixit, etiã si culpa nulla subesset: ita & suis peperit, & nihilo lenius inimico summi opprobrij turpitudinè obiecit. INCENSIONEM. Capitolium opus regium, Romæ magnificum fuit, pauloque ante Syllanam tyrannidem incensum, incendij tamen causa latuit. Ait Appianus primo bellorum ciuiliū.

Hanc autem Cethego cum cæteris cōtrouersiam fuisse dixerunt, quòd cum Lentulo & cæteris Satur-

nalibus eadem fieri, atque urbem incendi placeret,
 Cethego nimium id longum videretur. Ac ne lon-
 gum sit, Quirites, tabellas proferri iussimus, quæ à
 quoque dicebantur data. Primum ostendimus Ce-
 thego: signum cognouit: nos linum incidimus, legi-
 mus: erat scriptum ipsius manu Allobrogum Sena-
 tui & populo, sese, quæ eorum Legatis confirmasset,
 esse facturum: orare, ut item illi facerent, quæ sibi Le-
 gati eorum præcepissent. Tum Cethegus, qui paulò
 antè aliquid de gladiis ac ficis, quæ apud illum iti-
 dem erant deprehensæ, respondisset, dixissetque se
 semper bonorum ferramentorum studiosum fuisse:
 recitatis literis debilitatus atque abiectus, conscien-
 tia conuictus repente conticuit. Introductus Stati-
 lius, cognouit manum & signum suum: recitata
 sunt tabellæ in eadem ferè sententiâ: confessus est.

HANC AVTEM CETHEGO. Separatim rursus indican-
 tur Lentuli, sed & Cethegi dicta de urbis exitio controuersa. Fuit autem Lentulus
 tardior, & somnus eius antea notatus est: ideo rem differebat. Cethegus uerò na-
 tura ferocior & manu præptior. Itaque, ut dictum est, de ignauia cæterorum con-
 querebatur, maximùmque in celeritate bonum putabat: Saturnalia uerò quæ quin-
 que uel septem, ut opinio hic uaria est, diebus, 14. Calend. Decembris celebrari
 incipiebant, idcirco delecta erant, quia dies illi omnis generis lætitiæ dediti erant,
 ut uoluptatibus occupata ciuitas minus insidias sentiret. ut apud Virgilium capta
 Troia dicitur,

Inuadunt urbem uino somnòque sepultam.

A C N E. Transit à quæstionibus indiciorū ad reorum quæstionem & con-
 fessionem: ac primum ut Cethegus signum literarum suarum cognouerit, & quæ
 fuerit earū sententiâ. Signum uerò nunc appellat, sigilli alicuius imaginē, imò quo
 tabellas ocludimus, aut cæra imprimimus. Talis imago fuit in signo Lentuli, ima-
 go aui Lentuli, ut mox dicitur. sic Octauus sphinge usus est, mox imagine Ale-
 xandri magni, nouissimè sua, qua signare insecuti principes perseuerarunt, ait
 Suetonius. Tale signum in annulo signatorio, qui postea dictus est, imprimi so-
 lebat. TUM CETHEGVS. Intercessit quædam Cethegi defensio

de suis & gladiis per sulphitium prætorem ex ædibus Cethegi exportatis, de que iis in epistola mentio quædam fuerat, unde conuictus est Cethegus. FERRAMENTORVM. Instrumentum quoduis ferreum ferratumue, ferramentum dicitur. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui uectes, 2. de natura Deorum dixit Cicero de fabricorum instrumentis: sic ferramenta tonsoria & quorumlibet artificum dicuntur. synecdoche igitur hic est pro telis & gladiis, & militaribus instrumentis. INTRODUCTVS. Quæstio & confessio statilij propter similitudinem superioris breuius expressa. MANVM. Metonymia pro scriptura, seu litera: ut ad Atticum Cicero, Alexidis manum amabam, quod tam propè accedebat ad similitudinem literæ tuæ.

Tum ostendi tabulas Lentulo: & quasiui, cognoscere ne signum: annuit: est verò, inquam, signum quide notum, imago aui tui clarissimi viri, qui amavit vnice patriam & ciues suos: quæ quidem te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit. Leguntur eadem ratione ad Senatam Allobrogum, populumque literæ: si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Atque ille quidem primo negauit: post autem aliquanto, toto iudicio expolito atque edito, surrexit: quasiuit à Gallis, quid sibi esset cū his, quam obrem domum suam venissent: itemque à Vulturio: qui cū illi breuiter constantergue respondissent, per quem ad eum quotiesque venissent: qualissentque ab eo, nihilne secum esset de fati Sibyllinis locutus: tum subito ille scelere demens quanta vis conscientia esset, ostedit. Nam cū id posset inficiari, repente præter opinionem omnium confessus est: ita eum non modò ingenium illud & dicendi exercitatio, qua semper valuit, sed etia propter vim sceleris manifesti atque deprehensi, impudentia, qua superabat omnes, improbitasque defecit.

Imago aui tui.

Romani hanc aui tui ostendunt
 in scriptis pariterque in
 obsequio capite quæ Ardent
 assignant. Simulacrum autem
 in capite hanc aui tui præcipue
 hanc aui tui ostendunt quæ
 ostendunt aui tui quæ
 ostendunt aui tui quæ
 ostendunt aui tui quæ

Quæ quidem te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit.

Annuit. Respondit hanc aui tui quæ
 ostendunt aui tui quæ
 ostendunt aui tui quæ
 ostendunt aui tui quæ
 ostendunt aui tui quæ

Amata dicit.

Amata dicit. Quæ quidem te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit.
 Amata dicit. Quæ quidem te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit.
 Amata dicit. Quæ quidem te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit.
 Amata dicit. Quæ quidem te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit.
 Amata dicit. Quæ quidem te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit.

Donatus
 iii.

TVM OSTENDI. *Quaestio & confessio Lentuli: primum de signo, ex cuius adiuncta imagine commiseratio quaedam obiurgationi permista interponitur.* AVITVI. Hic est P. Lētulus, de quo quarta Catilinaria, Atque illo tēpore huius auius Lentuli clarissimus uir, armatus, Gracchum est persecutus, & graue uulnus accepit, ne quid de summa dignitate Reip. minueretur. LEGVNTVR. Hanc quaestionem latius fortasse prosequitur, ne tantus uir indicta caussa oppressus uideatur. Repraesentatur autem prosopopœia quadam defensio Lentuli inconstans, ueluti malè consciij, qui primò negat, tum confitetur. EDITO. Id est, prolato & recitato: ut pro Cluentio dicitur, Tabellæ quaestiois plures proferuntur, quæ recitatae uobisque editæ sunt. QVICVM. Confutatio contrariis signis, & Lentuli dictis instructa. TVMSVBITO. Concluditur confessio Lentuli, & adiunctis exaggeratur. Res erat incerta, reus disertus, impudens, improbus, tamen confessus est. INGENIUM. Periphrasis est eloquentiæ ex caussa, naturali nempe ingenio, & exercitatione. De eloquentia uerò P. Lentuli Surræ in Bruto Cicero, cum de Curione & Lentulo sic conclusisset: Ita tanquam Curio copia nonnulla uerborum, nullo alio bono tenuit oratorū locum: sic Lentulus cæterarū uirtutū dicendi mediocritatem actione occultauit, in qua excellens fuit. Neque multò secus P. Lentulus cuius & excogitandi, & loquendi tarditatem tegebat formæ dignitas, corporis motus, plenus & artus, & uenustatis: uocis & suauitas & magnitudo: sic in hoc nihil præter actionem fuit: cætera etiam minora quàm in superiore. Hæc de P. Lentulo Cicero, quem paulò antè Suram nominauerat. IMPVDENTIA. Impudētiæ & improbitatis exēplum Plutarchus in Ciceroe exponit. Cùm enim Lentulus accusaretur, quòd publicam pecuniam dilapidasset, spreto crimine & contempto in Senatu cauillatus est. Rationē dixit sibi nequaquam reddēdam, sed præbēdam suram, ut pueri solent, qui in ludo sphaeræ peccauerint. Hinc Sura cognominatus est. Hic etiam cum in iudicio quodam iudices corrupisset, & duabus sententiis superasset, in altero, inquit, impensa frustra facta est: satis enim erat una sententia superare.

Vulturtius uerò subito proferri literas atque aperiri iussit, quas sibi à Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat. Atqui ibi vehementissime perturbatus Lentulus, tamen signum & manum suam cognouit. erat autē scripta sine nomine, sed ita: QVISIM, EX EO, QVEM AD TEMISI, COGNOSCES. CYRA UT VIR SIS, ET COGITA, QVEM IN LOCVM SIS

PROGRESSVS: ET VIDE QUID
IAM TIBI SIT NECESSE. CVRA
VT OMNIYM TIBI AVXILIA AD-
IYNGAS, ETIAM INFIMORYM.

Gabinus deinde introductus, cum primo impuden-
ter respondere coepisset, ad extremum nihil ex iis,
quæ Galli insinulabant, negavit. Ac mihi quidem
Quirites, cum illa certissima sunt visa argumenta at-
que indicia sceleris, tabellæ, signa, manus, deni-
que vniuscuiusque confessio: tum multo illa certio-
ra, color, oculi, vultus, taciturnitas. Sic enim obstu-
perant, sic terram intuebantur, sic furtim nonnun-
quam inter se aspiciebant, vt non iam ab aliis indica-
ri, sed ipsi à se viderentur.

VULTVRTIVS. Cōvincitur iterū Lentulus alio testimonio, lite-
rarum nempe ad Catilinam: quarum exēplum recitatur hīc ad maiorem fidem,
cū superiorum sententia tantū posita sit. QVISIM. Hæc epistola
est eadem sententia in Sallustio, sed non verbis iisdem, et fortasse Sallustius in ea-
dem suis verbis, quā Ciceronis uti maluit. GABINIVS. Postremō
quæstio Gabinij et confessio propter similitudinem breuius comprehensa. AC
MIHI. Peroratur summa quæstionis uniuersæ, repetito conscientie loco, qui
potest in hunc syllogismum includi:

- Conscientia, certissimum sceleris est argumentum:
- Coniurati sunt ea conuicti:
- Certissimo igitur argumento.

Propositio collatione minorum exaggeratur, cuius dno dno periphra sim conscientie
continet ex adiunctis. SIC OBSTVPERANT. Assum-
ptionis sententia factis mirifice picta et expressa.

Indiciis expolitis atque editis, Quirites, Senatum
cōsului, de summa Reipub. quid fieri placeret. Dictæ
sunt a principibus acerrimæ ac fortissimæ senten-
tiæ, quas Senatus sine vlla varietate est consecutus:

C.i.

Infimos senos dicitur... quod primo de officio... Cuiusmodi... Cuiusmodi... Cuiusmodi...

De iudiciis... Cuiusmodi... Cuiusmodi... Cuiusmodi... Cuiusmodi...

De principibus... Cuiusmodi... Cuiusmodi... Cuiusmodi... Cuiusmodi...

Simul pugi

Preparant habent que ratione parato sunt in...

& quoniam nondum est perscriptum *Senatusconsultum* ex memoria vobis Quirites, quid *Senatus* celsuerit, exponam. *Primum* mihi gratia verbis amplissimis aguntur, quod virtute, consilio, providentia mea Respub. periculis sit maximis liberata: deinde L. Flaccus, & C. Pontinus Prætores, quod eorum opera forti fidelique usus essem, merito ac iure laudatur: atque etiam viro forti collega meo C. Antonio laus impartitur, quod eos, qui huius coniurationis participes fuissent, a suis & Reipub. consiliis remouisset. *Atque* ita censuerunt, ut P. Lentulus, cum se Prætura abdicasset, tum in custodiam traderetur: *itemque* uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, qui omnes presentes erant, in custodiam traderentur: atque idem hoc decretum est in L. Cassium, qui sibi procurationem incendenda vrbis deposcerat: *in* M. Cæparium, cui ad sollicitandos pastores Apuliam esse attributam, erat indicatum: *in* P. Furium, qui est ex his colonis, quas Fessulas L. Sylva deduxit: *in* Qu. Manlium Chilonem, qui una cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus: *in* P. Vmbrenum libertinum hominem, a quo primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat.

C. Antonio fiant. Hæc sunt quæ gloriæ causa quæ...

Superioribus in hæc senatusconsultum...

Ubi nota no mansit sed magis...

De gabino. Quod in præfatione...

INDICIIS. Duae partes narrationis adhuc fuerunt, comprehensio coniuratorum & inquisitio: tertia superest de s. C. quod primum suis adiunctis laudatur, quia seuerum, & summo consensu factum. ET QUONIAM. Prolepsis, quod non recitetur ad uerbum s. C. ubi notabis exemplum nostri fori dissimile: simul enim ac dicuntur, iudicium nostrorum sententia scribuntur: tum non item, & ex orationibus Ciceronis constat unum certum eorum iudiciorum scribam non fuisse. PRIMVM MIHI. Prima pars s. C. de gratia

Ciceroni, prætoribus, Antonio habitis, in quibus singulis adscribuntur suæ caussæ.
VIRO FORTI. Antonium Cicero in toga candida uehementer ue-
 xauerat, obiecit & que ab eo spoliatus Achæos, disturbatum iudicium: appellat deq;
 in exercitu prædonem, in introitu gladiatorem, in uictoria quadrigarium. Vide
 Asconium in commentariis eius orationis. Cicero etiam in Pisonem de Antonio
 ait, Ergo Antonium collegam cupidum prouinciæ, multa in Rep. molientem, pa-
 tientia & obsequio meo mitigauimus. Quare laus ista tempore concessa est, non ueri-
 tati tributa. **AT QVE ITA.** secūda pars est S.C. de custodia & sup-
 plicio cōprehensorum, quos nouem nominatim recitat: quatuor primūm, de quibus
 iam dictum est. **ABDICASSET.** Abdicare se libertatē, tutela, ma-
 gistratu, & cōsimilibus, pro deponere libertatem, tutelam, Magistratum, Cicero di-
 cit. aliquando nomen omittit, ut 2. de nat. Deo. Senatus censuit, ut Cōs. abdicarent,
 abdicauerunt. Sallustius idem aliter dicit Abdicare præturam. **AT QVE**
IDEM. Reliquorum quinque comprehensorum crimen attingitur, quia de iis
 adhuc nil erat dictū. De Cassio paulo post rursus, Ceparium Sallustius ait è fu-
 ga retractū. De furio nil dicitur, & uidetur hūc aliquid deesse. **LIBERTI-**
NVM. Libertinus appellatur qui ex iusta seruitute manumissus est, contrā In-
 genuus opponitur, aliquando etiam qui ex liberto natus est etiam libertinus dicitur.

^{Atque ea lenitate} Senatus est usus, Quirites, ut ex
 tanta coiuratione, tantaque vi ac multitudine do-
 mesticorum hostium, nouem hominum perditissi-
 morū poena Repub. conseruata, reliquorum men-
 tes sanari posse arbitretur. ^{Atque etiam supplica-}
 tio diis immortalibus pro singulari eorum merito,
 meo nomine decreta est, Quirites: quod mihi pri-
 mūm post hanc urbem conditam rogato contigit.
 & his decreta uerbis est, quod urbem incendiis, cæ-
 de ciues, Italiam bello liberassem. Quæ supplica-
 tio si cum cæteris conferatur, Quirites, hoc interlit,
 quod cætera bene gesta, hæc vna, conseruata Repu-
 blica, cōstituta est. Atque illud, quod faciendum pri-
 mūm fuit, factum atque transactum est. Nam P. Len-
 tulus, quanquam patefactus iudiciis & confessioni-
 bus suis, iudicio Senatus non modò Prætoris ius, ve-

Consultatio est quod romanus
 et supplicationis celebratio
 et Senatus consulto et supplicationis
 deinde proferuntur aliquid
 que singulari deorum omnino pot
 que humani duntaxat
 in honore. Oratio hæc est
 qui se proferunt ut supplicationis
 diis cōsuet capillina dicitur
 ut supplicatio ad agendum
 diis immortali gratiam quædam
 supplicatio dicitur de capillina
 quædam oratio ad reportandum
 sed quæ de supplicationis
 dicitur ut amplius
 comparationis in capillina
 qui dicitur ut conferantur
 ut quæ de admittuntur, so
 dicitur ut hæc supplicatio
 dicitur omnino quæ nullo
 dicitur quæ nullo prætor
 deo gesta supplicationis.

Indica uerba dicitur quæ ad
 ceteram dicitur ut dicitur
 magnum obsequium, atque ut
 legumina abrogat, et cetera
 impugna cōiurationis uisigia.

rum etiam cuius amiserat, tamen magistratu se abdicavit: vt quæ religio C. Mario clarissimo viro non fuerat, quo minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretu, Prætozem occideret, ea nos religione in priuato P. Letulo puniendo liberaremur.

De qua religio.
Religionem vocat asperio quæ captiuis prætoribus cohabitauit in campo maris. Hæc qui magistratus vellet poluerit, videlicet religio non poluerit. Et certum est ad quos poluerit. Et magis prætoribus quam priuatis. Et magis in priuato quam in publico. Et magis in priuato quam in publico. Et magis in priuato quam in publico.

ATQVE EA. Collaudatur ad extremum narrationis, Senatus lenitas, ne cæteri cõiurati cõmoueantur, quasi pœna ad hos nouem solos sit peruertura. In cõplures tamẽ postea seuerè animaduersum est. ATQVE ETIAM. Accedit ad supplicationem, cuius causas narratio longior exposuit: exornat uerò primùm adiunctis et causis. Primus Cicero tam honorifici de causa supplicationem meruit. QVAE SI. Secunda exornatio ex dissimilitudine aliarum supplicationum. ATQVE ILLVD. Digressio quædam de moderata Lentuli pœna. Quanus ne cuius quidem esset, tamen tanquam magistratus iussus est abdicare se Prætura: dissimile est. Hanc historiam Plutarchus notauit in Cicerone. Purpura, inquit de Lentulo, in senatu posita, uestem fortunæ congruentem induit. VT QVAE. Continuat idem dissimili exemplo Marij, de quo initio primæ Catilinariæ dictum est: amplissimè uerò pro Rabirio perduellionis reo.

Qui in senatu Prætorum uocantur qui uocantur Prætoribus. Prætoribus uocantur qui in senatu Prætorum uocantur. Prætoribus uocantur qui in senatu Prætorum uocantur.

Nunc quoniam Quirites, sceleratissimi periculossimique belli nefarios duces captos iam & comprehensos tenetis, existimare debetis omnes Catilinæ copias, omnes spes, atque opes his depulsis urbibus periculis concidisse. Quem quidem ego cum ex urbe pellebam, hoc prouidebam animo, Quirites, remoto Catilina, nec mihi esse P. Lentuli tonnum, nec L. Cassii adipem, nec C. Cethegi furiosam temeritatem pertimecedam: Ille erat vnus timendus ex his omnibus, sed tandiu, dum mœnibus urbibus continebatur: omnia norat, omnium aditus tenebat: appellare, tentare, sollicitare poterat, audebat: erat ei consilium ad facinus aptum: consilio autem neque lingua, neque manus deerat. Iam ad cæte-

Idem uocatur.
Argumenta sunt a causis quibus tanquam propriis sunt pœnitentiæ argumenta ad conuictum.

ras res conficiendas certos homines delectos ac de-
scriptos habebat. Neque vero cum aliquid manda-
uerat, confectum putabat: nihil erat, quod non ipse
obiret, occurreret, vigilaret, laboraret: frigus, litim,
famem ferre poterat.

*Carat Variat affectu propter
quod ipse valde
indignus est timore
catilinae. non propter quod
quod confecto balbaro proximo
ad obtinendo felleo
quod - foquimur
laborum periculum etiam
solentur propter
tamquam non quidem
quod ad hoc d' Gouptar actum
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non*

NVNC QVONIAM. Digreditur iterum, & ex his rebus gestis
disputat uictum esse Catilinam: quod ad plebis confirmationem & adhortationem
supplicationis referri potest. QVEM QVIDEM. Dissimilitudo
Catilinae cum caeteris coniuratis, ut qui in urbe maximè timendus fuerit: antea
uero disputauit eiectum minus timendū. LENTVLI SOMNV M.
His tribus metonymis significat tardum Lentulum & somniculosum, Cassium
praepinguem, Cethegum furiosum: Lentuli somnus etiam notatus est antea. Tar-
dissime autem Lentulus uenit, credo, quod in literis dandis praeter consuetudinem
proxima nocte uigilaret. ILLE ERAT. ut in modo notis, uariis personae
adiunctis confirmata, quod d' acer, callidus, disertus, audax, multis adiutus, diligens.

"Hunc ego hominem tam acrem, tam paratum,
tam audacem, tam callidum, tam in scelere vigilan-
tem, tam in perditis rebus diligetem, nisi ex dome-
sticis inlidiis in castris latrocinium copulissem (di-
cam id quod sentio, Quirites) non facile hanc tantam
molem malis ceruicibus uestris depulissem: non
ille uobis Saturnalia constituisset: neque tanto ante
exitium ac fati diem Republicae denuntiasset: ne-
que commisisset, ut lignum, ut litera sua, testes de-
nique manifesti sceleris deprenderentur: quae nunc
illo absente sic gesta sunt, ut nullum in priuata domo
furtum unquam sit tam palam inuictum, quam haec
tanta in Rempubliam coniuratio manifesto in-
uenta atque deprehensa est. Quod si Catilina in vrbe
ad hanc diem remansisset: quanquam quoad fuit,
omnibus eius consiliis occurri atque obstiti, tamen

*equi facto ante
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non
quod non*

collocandum Consules illi statuerunt: sed tanta fuit
 operis tarditas, vt neque a superioribus Consulibus,
 neque a nobis ante hodiernū diem collocaretur. Hic
 quis potest esse, Quirites, tam auersus à vero, tam
 præceps, tam mente captus, qui neget hæc omnia,
 quæ videmus, præcipuèq; hanc urbem, deorum im-
 mortaliū nutu atque potestate administrari? Etenim
 cum esset ita responsum, cædes, incendia, interitum-
 que Reipub. comparari, & ea a perditis ciuibus: qua
 tum propter magnitudinem scelerum nonnullis in-
 credibilia videbantur, ea non modo cogitata à nefa-
 riis ciuibus, verum etiam suscepta esse sensistis.

ITA QVE ILLORVM. Procuratio aruspicij ad placandos
 deos aduersus illud ostentum ex Aruspicum salicet monitis. IIDE' M-
 QVE IVSSERVNT. Aliud Aruspicum monitum ad eandem
 placationem:

Si Iouis statua maior ad orientem fuerit conuersa, coniuratio depre-
 hendetur:
 Sed primum:
 Secundum igitur.

ATQVE ILLVL. Procuratio aruspicij proximi, quæ connexi as-
 sumptio est.

Sed statua maior facta, & conuersa est ad orientem.

HIC QVIS. Cõcluditur generaliter è superioribus testimoniis, diuinitus
 cõiurationem esse patefactam, quod specialiter deinceps agitur. ET ENIM.
 Repetitur summa superioris aruspicij & euentu comprobatur.

Illud verò nonne ita præfens est, vt nutu Iouis
 optimi maximi, factum esse videatur, vt cum hodie-
 no die mane per forum meo iussu & coniurati, &
 eorum indices in ædem Concordiæ ducerentur, eo
 ipso tempore signum statueretur, quo collocato,
 atque ad vos Senatūque conuerso, omnia & Se-

*Salutem civibus amplius et
 profundius quam suscipit
 in profundis periculis
 pulchre humanitate tanta
 ad adhibere quos per se
 rationibus etiam propter
 quos plerumque voluit
 in se ipso turbante cum ratione*



^{probat qui non modo dicit deus}
^{quod commisit culpa omnia plura animo corrupto}
 natus, & vos, quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata & patefacta vidistis. Quo etiam maiore sunt isti odio supplicioque digni, qui non solum vestris domiciliis atque tectis, sed etiam deorum templis atque delubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati: quibus ego si me restitisse dicam, nimum mihi sumam, & non sim ferendus. Ille, ille Iuppiter restitit: ille Capitolium, ille hæc templa, ille hanc urbem, ille vos omnes saluos esse voluit. Diis ego immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemque suscepi, atque ad hæc tanta indicia perueni. Iam verò illa Allobrogum sollicitatio à Lentulo, cæterisque domesticis hostibus, tanta res tam dementer credita & ignotis & barbaris, commissaque literæ nunquam essent profecto nisi à diis immortalibus huic tantæ audaciæ consilium esset ereptum. Quid verò, ut homines Gallæ ex ciuitate malè pacata, quæ ges vna restat, quæ populo Romano bellum facere & posse, & non nolle videatur, spem imperii & rerum amplissimarum vtrò sibi à patri- ciis hominibus oblatam negligenter, vestramque salutem suis opibus anteponerent: id nonne diuinitus factum esse putatis, præsertim qui nos non pugnan- do, sed tacendo superare potuerunt?

ILLVD VERO. Repetitur summa secundi aruspicij, Itemque cum suo euentu comparatur et concluditur. QVO ETIAM. Digressio breuior in hos incendiarios. QVIBVSEGO. Reuertitur ad institutam correctionem, et concluditur rursus, iouis ope coniurationem patefactam esse. IAM VERO. Amplificatur eadem questio ex indiciorum superiorum adiunctis. QVID VERO. Produciatur amplificatio ex præmio et sine coniurationis.

Quibus ego si me.

*rogantia suspitione dicit
 piget sua prudentia consilioque
 forebit sed domum puruoralem
 dicitur et potestatem quo
 ceterum facta notantur factis
 aduersarios suos allegantur sed
 signantur ut populo cui hinc
 sunt apertis coniurationis et
 in quibus coniurationis causat
 soli sua prudentia habent.*

Ignotis et barbaris.

*Quid si quis antiquis barbaris
 et vobiscum quædam gero
 et rarior.*

Nisi a diis

*Coniurationis singularum patrum
 conferret quod propositum
 domum puruoralem dicitur
 non hominum per dicitur
 etiam factum fuisse coniurationem
 consilium sicut ipse profer
 coniuratum omni coniuratio dicitur
 coniuratum hinc suspitionem
 dicitur facta legatis Allobrogum
 coniuratum est qui sollicitum
 coniurationis sicut dicitur
 qua facta coniuratio sua suspitio.*

Quod vero

*Facta coniurationis Allobrogum
 qua concludit domum puruoralem
 et coniuratum ut legatis Allobrogum
 coniurationem voluerunt ipse fore
 et suspitionem suspitionem
 coniuratum qui suspitionem
 facta ostendunt. et qui
 Allobrogum animis suspitio dicitur
 dicitur quod qui coniuratum
 dicitur dicitur quod suspitio
 dicitur dicitur quod suspitio
 dicitur dicitur quod suspitio*

Quæ gerit.

D.i.

*Quæ gerit. D.i. quod suspitio dicitur Allobrogum a quinto folio, suspitio animi conuenit
 quod suspitio dicitur Allobrogum a quinto folio, suspitio animi conuenit
 quod suspitio dicitur Allobrogum a quinto folio, suspitio animi conuenit*

Populi vni

Quamobrem Quirites, quoniam ad omnia pul-
 uinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies
 cum coniugibus ac liberis vestris: nam multi saepe
 honores diis immortalibus iusti habiti sunt ac debi-
 fed profecto iustiores nunquam: erepti enim ex
 crudelissimo ac miserrimo interitu, & erepti sine
 caede, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione,
 togati me vno togato duce & imperatore vicistis.
 Etenim recordamini, Quirites, omnes ciuiles dis-
 sensiones: neque solum eas, quas audistis, sed & has,
 quas vosmet ipsi meministis & vidistis. L. Sylla P.
 Sulpitium oppresit: C. Marium custodem huius vr-
 bis, multosque fortes viros partim eiecit ex ciuita-
 te, partim interemit. Cn. Octavius consul armis ex
 vrbe collegam suum expulit: omnis hic locus acer
 uis corporum, & ciuium sanguine redundauit:
 superauit postea Cinna cum Mario: tum vero cla-
 rissimis viris interfectis, lumina ciuitatis extincta
 sunt. Vltus est huius victoriae crudelitatem postea
 Sylla: ne dici quidem opus est quanta diminutione
 ciuium, & quanta calamitate Reip. Dissensit M. Le-
 pidus a clarissimo & fortissimo viro Qu. Catulo:
 attulit non tam ipsius interitus, Reipub. luctum,
 quam ceterorum.

Ad comparationem causam
omnium supplicatio pul- uinaria
quod iusti habiti sunt
et erepti sine caede
et sine sanguine
et sine exercitu
et sine dimicatione
et togati me vno togato duce
et imperatore vicistis
et recordamini
et omnes ciuiles dis- sensiones
et neque solum eas
et quas audistis
et sed et has
et quas vosmet ipsi meministis
et vidistis
et L. Sylla P.
et Sulpitium oppresit
et C. Marium custodem
et huius vr- bis
et multosque fortes viros
et partim eiecit
et ex ciuita- te
et partim interemit
et Cn. Octavius consul
et armis ex vrbe
et collegam suum expulit
et omnis hic locus
et acer uis corporum
et sanguine redundauit
et superauit postea
et Cinna cum Mario
et tum vero clarissimis
et viris interfectis
et lumina ciuitatis
et extincta sunt
et Vltus est huius
et victoriae crudelitatem
et postea Sylla
et ne dici quidem
et opus est quanta
et diminutione ciuium
et quanta calamitate
et Reip.
et Dissensit M. Lepidus
et a clarissimo et fortissimo
et viro Qu. Catulo
et attulit non tam
et ipsius interitus
et Reipub. luctum
et quam ceterorum

L. Sylla

Cn. Octavius

QUAMOBREM. Conclusio est propriae questionis. Quare supplicatio celebranda. NAM MULTI. Confirmatio ex collatione minorum, cuius protasis adiunctis exponitur. ET ENIM. Amplificatur magnitudo depulsi periculi comparatione quinque bellorum ciuilium, tanquam minorum. Primum exortum est, quia Sulpitius trib. Syllae belli Mithrydatici prouinciam sua lege eriperet, Marioque daret: tum pugna in foro commissa filius Q. Pom-

peij Cos. & Syllæ item Cos. gener occisus est. Sulpitius Mariusque eiecti, Sulpitius proditus à seruo interemptus est: duodecim principes Marianæ factionis hostes iudicati, in quibus Marius pater & filius fuere. Vide Liuium lib. 77. CN. OCTAVIVS. secundum civile bellum inter Octavianum & Cinnam Cos. pro reuocatione exulum qui hostes iudicati fuerant, tunc cincta gladiis concio fuit, sed uicere quibus pax charior fuit, quamplurimi autem ciues cæsi sunt, Cinnaque pulsus est. SUPERAVIT. Tertium civile bellum inter Octavianum & exules, Cinnam & Marium: tum Roma quaternis castris à Cinna, Mario, Carbone, Sertorio obfessa & capta est. Crudelus imprimis pater Marius fuit, sed filius crudelior. VLTIVS EST. Quartum bellum civile inter Marianos & Syllanos: tum finito bello septuaginta millia in pace cæsa sunt, præter innumerabiles bello cæsos. Vide Florum de his bellis civilibus. DISSENSIT. Quintum bellum civile inter Lepidum & Catulum pro funere & actis Syllæ.

De qua illa dicitur?

Atque illæ diffensiones erant huiusmodi, Quirites, quæ non ad delendam, sed ad comutamdam Rempub. pertinerent: non illi nullam esse Rempub. sed in ea, quæ esset, se esse principes: neque hanc urbem conflagrare, sed se in hac urbe florere voluerunt. Atque illæ tamen omnes diffensiones, quarum nulla exitium Reipub. quæsiuit, eiusmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordia, sed internecione ciuium diudicata sint. In hoc autem vno post hominum memoriam maximo crudelissimoque bello: quale bellum nulla vnquam barbaria cum sua gente gessit: quo in bello lex hæc fuit à Lentulo, Catilina, Cassio, Cethego constituta, ut omnes, qui salua urbe salui esse possent, in hostium numero duceretur: ita me gessi, Quirites, ut omnes salui conferuaremini: & cum hostes vestri, tantum ciuium superfuturum putassent, quantum infinitæ cædi restitisset: tantum autem vrbis, quantum flamma obire non pouisset: & urbem, & ciues integros incolumesque seruaui.

Comparatio est catilinari belli cum cæteris diffensionibus quæ fuerunt inter ciues, & octo quædam nulla vnquam pertinet ad vrbem. In medio flamma que destraxerit sed ad conflagrandum in urbe (principata). Illi vero catilinari (populi) maluit ut abiret vrbem vultu destructione. Sed de ciuium (urbem). Et de catilina conuersione. Mortali comparatione ad flammam.

Et cum gesserit vrbem

Amplificatio est granioris periculi que peruenit ad vrbem catilinariis. Quæ vnquam diffensionibus bellis. Non cupiunt vrbem bellum. Non propositum gesserit ut tot ciues superessent post bellum quod vnquam possent ut infinitæ cædi. Quæ de vrbis obire vnquam potest. Et nemo superesset vrbem. Vrbem queam profecto vnquam destruxerit. Et illi nulla caro remaneret nisi non flamma obire non potest.

D.ii.

ATQUE ILLAE. Concluditur protasis, & eventis amplificatur.
IN HOC AUTEM. Antapodosis primae comparationis, quod licet
hoc bellum crudelissimum fuerit, tamen omnes incolumes sunt conservati.

Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego à vobis præmium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo, præterquam huius diei memoriam sempiternam. In animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriae, laudis insignia, condi & collocari volo. Nihil me mutu potest delectare, nihil tacitum, nihil denique huiusmodi, quod etiam minus digni assequi possint: memoria vestra, Quirites, nostra res alentur, sermonibus crescent, literarum monumentis inueterascent, & corroborabuntur: eandemque diem intelligo, quam spero æternam fore, & ad salutem vrbis, & ad memoriam Consulatus mei propagatam: vnoque tempore in hac Repub. duos ciues extitisse, quorum alter fines vestri imperii, non terræ, sed cali regionibus terminaret: alter eiusdem imperii domicilium sedemque seruaret. Sed quoniam earum rerum, quas ego gessi, non est eadem fortuna atque conditio, quæ illorum, qui externa bella gesserunt, quod mihi viuendum sit cum illis, quos vici ac subegi: illi hostes aut interfertos, aut oppressos reliquerunt: vestrum est, Quirites, si cæteris recta sua facta profunt, mihi mea nequando obsint, prouidere: mætes enim hominum audacissimorum sceleratae ac nefariae ne vobis nocere possent, ego prouidi: ne mihi noceant, vestrum

Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego à vobis præmium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo, præterquam huius diei memoriam sempiternam. In animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriae, laudis insignia, condi & collocari volo. Nihil me mutu potest delectare, nihil tacitum, nihil denique huiusmodi, quod etiam minus digni assequi possint: memoria vestra, Quirites, nostra res alentur, sermonibus crescent, literarum monumentis inueterascent, & corroborabuntur: eandemque diem intelligo, quam spero æternam fore, & ad salutem vrbis, & ad memoriam Consulatus mei propagatam: vnoque tempore in hac Repub. duos ciues extitisse, quorum alter fines vestri imperii, non terræ, sed cali regionibus terminaret: alter eiusdem imperii domicilium sedemque seruaret. Sed quoniam earum rerum, quas ego gessi, non est eadem fortuna atque conditio, quæ illorum, qui externa bella gesserunt, quod mihi viuendum sit cum illis, quos vici ac subegi: illi hostes aut interfertos, aut oppressos reliquerunt: vestrum est, Quirites, si cæteris recta sua facta profunt, mihi mea nequando obsint, prouidere: mætes enim hominum audacissimorum sceleratae ac nefariae ne vobis nocere possent, ego prouidi: ne mihi noceant, vestrum

111

est providere: quanquam, Quirites, mihi quidem ipsi nihil iam ab istis noceri potest.

Q V I B V S. Concluditur prima quaestio (Quare supplicationem celebrata), sed fructus & finis laborum proponitur in argumento. **I N A N I M I S.** Repetitur idem finis & fructus verbis paululum immutatis. **N I H I L N E.** Amplificatur idem fructus dissimilitudine, Nihil me mutum delectat, sed una laus & aeterna. **M E M O R I A.** *ai* *Ex* *o* *d* *o* *r* *s*, ad quam illustrandam allegoria è vitæ gradibus & partibus adhibetur. **P R O P A G A T A M.** Similis autem metaphora fuit Catilinaria secunda: Non breue nescio quod tempus, sed multa secula propagarit Reip. **V N O Q V E T E M P O R E.** Secunda amplificatio ex comparatione Pompeij & Ciceronis, quæ uersibus illis celebrata:

Cedant arma togæ, concedat laurea lingue:

O fortunatam natam me Consule Romam.

illis inquam uersibus celebrata, magnam Ciceroni inuidiam comparauit. Testis est inuidiæ refutatio in Pisonem, Non ulla tibi (inquit) inuidia nocuit, sed uersus tui. Nimis magna poena te Cōsule constituta est, siue malo poëtæ, siue libero. Scripsisti enim uersus, Cedant arma togæ. Quid tum? Hæc res tibi fluctus illos excitauit. At hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio, quod te Consule in sepulchro Reip. incisum est. Velitis, iubeatis, ut, non quod M. Cicero uersum fecerit, sed quod uindictarum. Veruntamen quoniam te non Aristarchum, sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum uersum, sed poëtam armis persequare, scire cupio quid tandem isto in uersu reprehendas, Cedant arma togæ. Tuæ dicis, inquit, togæ summum imperatorem esse cessurum. Quid nunc te a sine literas doceam? non opus est uerbis, sed fustibus. Non dixi hanc togam, qua sum amictus, nec arma, scutum & gladium unius imperatoris, sed quod pacis est insigne & otij, toga: contra autem arma tumultus, atque belli, more poëtarum locutus, hoc intelligi uolui, bellum ac tumultum paci atque otio concessurum, & cætera quæ latius illic explanantur. Qui locus idem ferè est in Antonium Philippica 2: Atque etiam quodam loco factus esse uoluisti, &c. Satis est enim similem locum indicasse. Quem locum etiam Quintilianus libro undecimo, In carminibus utinam pepercisset, quæ non desierunt carpere maligni, &c. **S E D Q V O N I A M.** Correctio est ex dissimilitudine proximæ comparationis ad quandam imminentis inuidiæ commiserationem & cautionem. **S I C A E T E R I S.** Argumentum est ex collatione parium. **M E N T E S.** Aliud parium argumentum. **Q U A N Q U A M.** Correctio ex alio dissimili ad confirmandum bonos, & debilitandum improbos, ubi securitas Ciceronis ex populo, Reip. conscientia ipsius coniurationis, fortitudine Ciceronis, ostenditur.

Manuscript notes in the top left margin, including 'populus' and 'magnum'.

Magnum enim est in vobis praesidium, quod mihi in perpetuum comparatum est: magna in Republica dignitas, quae me semper tacita defendet: magna vis est conscientiae: quam qui negligent, cum me violare volent, se ipsi indicabunt. Est etiam in nobis animus, Quirites, ut non modo nullius audacia cedamus, sed etiam omnes improbos vltro semper laessamus. Quod si omnes impetus domesticorum hostium depulsi a vobis, se in me vnum conuertirint, vobis erit prouidendum, Quirites, qua conditione posthac eos esse velitis, qui se pro salute vestra obtulerint inuidiae, periculisque omnibus: mihi quidem ipsi quid est, quod iam ad vita fructum possit acquiri: praesertim cum neque in honore vestro, neque in gloria virtutis, quicquam videam altius, quo quidem mihi libeat ascendere. Illud perficiam profecto, Quirites, ut ea, quae gessi in Consulatu, priuatus tuear, atque ornem: ut siqua est inuidia in conferuanda Republica, suscepta, laedat inuidos, mihi valeat ad gloria. Denique ita me in Republica tractabo, ut meminerim semper quae gesserim, curemque ut ea virtute, non casu gesta esse videantur.

Quod si aut
Manuscript notes in the left margin, starting with 'Quod si aut'.

Maga quid est
Manuscript notes in the left margin, starting with 'Maga quid est'.

Q V O D S I. Proponit e suo periculo coniunctum Remp. periculum. Si opprimatur Cicero, nemo Remp. postea tueri uolet. M I H I. Correctio ad imminenti inuidiae contemptum declarandum, quod gloriae satis uixerit, nec tantum iam uita sit. P R A E S E R T I M C V M. Eadem sententia proxima Catilinaria plenius: Neque enim turpis mors forti uiro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti. I L L V D. Confirmat assueuatione quadam constantiam suam, et inuidiae adiuncta proponit. D E N I Q V E. Confirmatur idem effectis et eorum causis.

Vos Quirites, quoniam iam nox est, veneramini illum Iouem custodem huius vrbis, ac^o vestrum, atque in vestra tecta discedite: & ea, quanquam iam periculum est depulsum, tamen æque ac priori nocte fecistis, custodiis, vigiliisque defendite. Id ne vobis diutius faciendum sit, atque vt in perpetua pace esse possitis, prouidebo.

• V O S. Peroratio adhortationis ad supplicationem celebrandum. Additur admonitio ad defensionem vrbis.

ANALYSEOS RHETORICAE ET LOGICÆ in tertiam Catilinariam summa.

An orator hac oratione populū docuit & mouit? Certè. & testimonium euentus huius è Sallustio nobis est. Plebs si quidem quæ prius bello fauebat, mutata mēte, Catilinæ consilia execrari, Ciceronem ad cælum tollere, veluti ex seruitute erepta, gaudium atque lætitiā agitabat. Nanque alia belli facinora, prædæ magis, quàm detrimento fuere, incendium verò crudele, immoderatum, ac sibi maximè calamitosum putabat, quippe, cui omnes copiæ in vsu quotidiano, & cultu corporis erant. Atque hæc *ἀποδείξει* est ὄν. *διὰ τῆς* inquires. causas inquam, quas è præsentī oratione possumus, sigillatim adhuc expositas, colligamus vniuersas, & *διὰ τῆς* cognoscemus. Elocutio in Tropis bona, & crebra. Metonymia locis sexaginta, totidē serè Synecdoche, Ironia nullo, Metaphora octoginta: sed enim geminatio imprimis spectanda est. Ex flāma atque ferro erepta, Consilio neque lingua, neque manus deerrat, &c. Metonymiæ primi modi sunt: Sceleratissimi, periculosissimi que belli, &c. Funestos ac nefarios ignes &c. secūdi: Contra salutem vrbis, atque imperii, &c. tertii. Sed metaphora, vt semper aliàs, excellit. Clarissimis viris interfectis, lumina ciui-

tatis extincta sunt, &c. Memoria vestra, Quirites, nostræ res alentur, sermonibus crescēt, literarū monimētis inueterascent & corroborabuntur: Synecdoche non solūm simplex, sed composita minimam ferè gratiam ex omnibus tropis habet. Geminatur tamen aliquando, vt, Mucrones à iugulis vestris reiecimus. E figuris verborum Epizeuxis est duobus locis, Anaphora viginti: Epistrophe, Symploce, Epanodos, Anadiplosis, Climax, Epanalepsis, nullo: Polypoton duodecim: Paronomasia sex: Numerus, vt iam monui, in totis verborum figuris resonat, separatim tamen persæpe in hac oratione sentitur, frequentissimè autem in Epistrophe, Ad me vocaui, rem omnem exposui, quid fieri placeret, ostendi. Clarior numerus est propter antecedētem Anaphoram. Nullum ego à vobis præmium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo. Sed sine verbi anaphora, numeri & Anaphora & Epistrophe Symploces orbem conficiunt: vt, Urbem ex omnibus partibus incendissent, cædemque infinitā ciuium fecissent. (urbem, cædem) initiis, (incendissent, fecissent) extremis similes numeri sunt. Epanodos numeri superiore oratione fuit: Magis mihi vidētur vota facturi contra Remp. quàm arma laturi. Ibidem Epanalepsis: Instruite nunc Quirites contra has tam præclaras Catilinæ copias vestra præsidia, vestrosque exercitus: & primūm gladiatori illi confecto & saucio Cos. imperatoresque vestros opponite. Reliquarum figurarum numerosa exempla si studiosius animaduertes, facilè deprehendes. E figuris sententiarū, nisi tum fuerit, Pereant sanè, &c. nullo loco est Optatio: Prolepsis, tribus: Prosopopœia, sed obscurior, duobus, vt Digressio, vt Dialogismus: Præteritio vno, reliquæ nusquam: ita iam perspicimus figuras sententiarum figuris verborum rarius à Cicerone adhiberi: nec tamen idcirco fortiorem eius orationem iudico. Logicæ ac rei vis maior est. E locis inuentionis topicæ, causa in fine quatuor locis adhibetur, in efficiente vberior est de Cicerone, Allobrogibus, Prætoribus, militibus: atque aliis præterea locis: Effecta multa: Subiectū & Dissentaneū nusquā. Adiuncta sunt locis quatuordecim, Similia vno: Paria, vt Minora, tribus. Sed Paria illa magis

animaduertenda, quia rariora (Non minus) & (quàm), &c. (Tantum) & (quantum), &c. Maiora locis vndecim, septem in illa forma (Non modò, sed), &c. Maioris speciem notabis eo loco, Hæc omnia videmus, præcipuè hanc urbem. Dissimilia sunt locis tribus & viginti: sex in illa forma (Quauis, tamen,) &c. In quorum duobus (Quanquam) nullum est. quod breuius aliquando fit. Quæ quidem te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit. (Etiam) pro (quanuis). Totidem locis in forma (Non hoc, sed illud). Quo in genere *αιταμοδωτως* nota interdum reticetur, vt Nihil me mutum delectat, &c. Memoria vestra nostræ res alentur. Ergo dissimilia è comparatis omnibus frequentissima sunt, Notatio nusquam, Coniugatio semel, Partitio manifesta nulla est, Descriptio locis quatuor: ad quam, vt iam monui, referendæ sunt *εισωνυμωσις*, vt illa conuictæ conscientiæ. Sic obstupuerant, sic terram intuebantur, sic furtim nonnunquam inter se aspiciebant, &c. Ex omnibus argumentis ad factæ coniurationis fidem primum est in hac oratione testimoniū, ex indiciis Vulturii, Allobrogum, ex iureiurando, literis, ex fatis Sibyllinis, Aruspicum, ex confessione reorum, ex senatusconsulto, ex ostentis & responsis Aruspicum. Dispositionis autem Analyticæ ars multò minor est. Syllogismi pauci: in prima figura vix vnus: in connexo primo, duo, iique omnes obscure conclusi: & illud nimirum tot exemplis iam verum esse constat, quàm plurima naturalis intellectus iudicio esse contenta: perpauca syllogistico iudicio subiici, & tamen quæ subiiciuntur, raro plenis syllogismis concludi. Vt tamen verum, summumque syllogisticæ Analyseos fructum capias, summam orationis vniuersæ in syllogismum vnum redige, hoc (si lubet) modo.

Si Cicero, deorum auxilio, Remp. coniuratione liberavit, supplicatio eius nomine celebranda est:

Sed primum:

quia coniuratos comprehendit, conuicit, puniendos curauit, denique bello crudelissimo ciues seruauit: & dii in physicis ostentis, coniuratorumque, & Gallorum dementia se præfentes duces ostenderunt:

Secundum igitur.

Sed hic syllogismus melius esset initio præpositus : Atque id prioris est Analyseos: Methodi verò & posterioris Analyseos ars non magna est: Quæstio supplicationis magis est indicata, quàm expressa initio : Deinde perpetuis argumentis sine partitionis aperta distinctione, disputata, & tandem conclusa. Si prudens & sciens artis ordinem neglexerit orator, solitudinem de Rep. curámque indicare voluit. Sed hæ tamen Logicæ sunt & Topicæ inuentionis, & Analyticæ dispositionis virtutes: quas si ad Rhetoricæ elocutionis ornatum aggregemus, habebimus in hac oratione positas causas *διὰ τὴν* quamobrem Cicero populum Romanum docuerit & mouerit. Intereaque indoctorum nebulonum impudẽtem inscitiam perspiciemus, qui libris, vel potius barbaris calumniis editis disputare ausi sunt, nullam in oratoribus Logicam esse, & cum statuatur Aristoteles artium principia *ἰσοπέδιον καὶ ἐμπειρίαν*, ex eius principiis incipiamus Logicam artem verius intelligere, verius intellectam commodius exercere.

FINIS TERTIÆ CATILINARIÆ.

M. Tullii Ciceronis
in L. Calpurnium

ORATIO QUARTA PRO
L. CALPURNIO PISONI


M. Tullii Ciceronis in L. Catilinam

ORATIO QVARTA, PETRI
Rami, eloquētiæ & philosophiæ professoris Re-
gii, prælectionibus illustrata.

Dum ea quæ suprà dicta sunt, aguntur in Senatu, & postri-
die legatis Allobrogum, & Tito Vulturio iudiciis eorū com-
probatis præmia decernuntur, liberti & pauci ex clientibus
Lentuli, diuersis itineribus, opifices, atque seruitia in vicis ad
eum eripiendum sollicitabāt: partim exquirebant duces mul-
titudinum, qui pretio vexare Remp. soliti erāt. Cethegus au-
tem per nūtiōs familiam, atque libertos suos electos & exer-
citatos orabat in audaciam, vt grege factō ad sese cum telis
irrumperent. Eodem tempore ab ara sacrorum Bonæ deæ
(quæ tum domi Consulis, vt mos erat annuus, agebantur)
flamma quædam lōga & pura, sopito iam pridem igne, tamen
emicuit, quo Vestales per Terētiā cōiugem Cōsuli nuntia-
runt, ne dubitaret ea perficere, quæ tum pro patria cogitaret,
tanquam dea præsens magnum lumen ad eius gloriam salu-
tēque portenderet. Eodem & frater & P. Nigidius & philo-
sophiæ & Reip. studiis Ciceroni valde coniunctus, impelle-
bant. Quare Consul & coniuratorum insidiis, itēque diui-
nis ostentis, & amicorum consiliis permotus, dispositis præsi-
diis vti res, atque tempus monebat, conuocato Senatu refert,
quid de cōiuratis fieri placeat. Prima deliberatione, cum duæ
sententiæ fuissent, altera de morte, altera de eiectione Catilinæ,
mitiorē Cicero secutus est, vt coniuratio penitus exhaurire-
tur, sicuti dictum est: Hic contra cum duæ sententiæ sint, alte-
ra Syllani Cos. designati, de morte comprehensorum: altera
Cæsarī de custodia & bonorum publicatione, ad seueriorem,
Senatum adhortatur. Hæc Sallustius & Plutarchus. Summa
ferè est,

Summi sceleris & summis Reip. periculis coniuncti,
animaduersio seuera & matura debet esse, si nulla
crudelitas insit, si transigendi facultas adsit:

Hæc omnia sunt in hac caussa: summum scelus sum-
mis Reip. periculis coniunctum, animaduersionis
crudelitas nulla est, facultas transigendi magna est:
Seuera sit igitur & matura.



M. Tullii Ciceronis in L. Ca-

TILINAM ORATIO QUARTA
ad Quirites, Petri Rami, Eloquentiæ & Philoso-
phiæ professoris Regii, prælectionibus illustrata.

VIDEO, Patres Conscripti, in me o-
mnium vestrum ora atque oculos
esse conuersos: video vos non so-
lùm de vestro ac Reipublicæ, ve-
rùm etiã, si id depulsum sit, de meo
periculo esse sollicitos. Est mihi iu-
cunda in malis, & grata in dolore, vestra erga me vo-
luntas: "Sed eam per deos immortales, quæso depo-
nite, atque obliti salutis meæ, de vobis ac de liberis
vestris cogitate.

*V I D E O. Dissimile est initio. Cogitatis de mea salute, sed potius de pu-
blica cogitate. ~~res~~ paulò est longior. EST MIHI. Ratio ~~res~~-
sionis ex adiunctis, quòd hæc cogitatio grata sit. SED EAM. ~~ai~~ modo-
nis collationis.*

Mihi quidem si hæc conditio Consulatus data est,
vt omnes acerbitates, omnes dolores cruciatúsque
preferrem: feram non solùm fortiter, sed etiam li-
benter, dummodo meis laboribus vobis populóque
Romano dignitas, salúsque pariat. Ego sum ille
Consul, Patres Conscripti, cui non forum (in quo
omnis æquitas continetur) non campus Consula-

ribus auspiciis consecratus: non^d curia, summum auxilium^d omnium gentium: non^d domus, commune perfugium: non^d lectus ad quietem datus: non denique hæc sedes honoris, sella curulis vnquam^c vacua mortis periculo atque insidiis fuit. " Ego^c multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam dolore in vestro timore^c sanavi. Nunc si hunc exitum Consulatus mei dii immortales esse voluerunt, vt vos, Patres Conscripti, Populúmque Romanum ex cæde misera, coniuges, liberósque vestros, virginésque Vestales ex^c acerbissima^c vexatione, templa atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium nostrúm ex^c fœdissima^c flamma, totam^c Italiam ex bello & vastitate eriperem, quæcunque mihi vni proponetur^c fortuna, subeatur. Etenim si P. Lentulus suúm nomen, inductus à vatibus, ^d fatale ad perniciem Reipublicæ fore putauit, cur ego non læter meum^c Consulatum ad salutem^c Reipublicæ propè ^d fatalem extitisse: Quare, Patres Conscripti, ^c cōsulite vobis: prospicite^c patriæ: conseruate vos, coniuges, liberos, fortunásq; vestras, populi Romani^c nomen salutémque defendite: mihi parcere ac de me cogitare desinite.

M I H I Q V I D E M. *Ostendit charitatem suam in patriam, & con-
nexo sic concludit:*

Si Consulatus mihi fatalis est ad omnes dolores pro patria ferendum, feram:

Sed primum:

Secundum igitur.

E G O S V M. *Assumptio confirmata ex adiunctis periculis ubique intentatis. Res augetur enumeratione partium & earum adiunctis. SELLA CV.*

RVLIS. *Sella curulis, sella fuit eburnea in curru, quo magistratus uehebantur in forum.*

Cuilibet hic fasces dabit, eripietque curule,

Cui uolet importunus ebur. Horatius primo epistolarum.

Metri, puto, *caussa alterum r detrahitur, ut breuietur.* NVNC SI. *Reliqua est de patriæ salute assumptio, inductione partium amplificata.* ET ENIM. *Cõtinuatio est superioris propositionis ex dissentaneis. Lætulus enim uelut hostis Ciceroni tanquam seruatori opponitur. Sic enim interdum contraria contrariorum consequentia opponuntur, ut institutionibus nostris exponitur.* QVARE P. C. *Concluditur prima quæstio, et dissimilitudo repetitur.*

Nam primùm debeo sperare, omnes deos, qui huic vrbi præsident, pro eo mihi ac mereor, relato-ros gratiam esse: deinde si quid obtigerit, æquo animo paratòque moriar. Neque enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura Consulari, nec misera sapienti. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris charissimi atque amantissimi præsentis mœrore non mouear, horumque omnium lachrymis, à quibus me circūsessum videtis. Neque meam mentem, non domum sæpe reuocat exanimata vxor, abiecta metu filia, & paruulus filius, qui mihi videtur amplecti Rempub. tanquam obsidem Consulatus mei: neque ille, qui expectās huius exitum diei, astat in conspectu meo gener. Moueor his rebus omnibus, sed in eam partem, vt salui sint vobiscū omnes, etiam si vis aliqua me oppresserit, potius quàm vt illi & nos vna Reip. peste pereamus. Quare, Patres Conscripti, incumbite ad Reipublicæ salutem, circūspicite omnes procellas, quæ impendēt, nisi provide- tis. Non Tib. Gracchus, qui iterum Tribunus pl. fieri voluit: non C. Gracchus, qui agrarios concitare conatus est: non L. Saturninus, qui C. Memmium oc-

cîdit, in discrimen aliquod, atque in vestrâ feueritatis iudicium adducitur: sed tenentur ii, qui ad vrbis incendium, ad vestrûm omnium cædem, ad Catilinam accipiendum Romæ restiterunt.

N A M P R I M V M. Confirmatio quæstionis ex adiuncta spe deorum & Ciceronis fortitudine. **N E Q V E E N I M.** Approbatur fortitudo ex coniugatis Moriar & Mors. Vbi notabis adiuncta cum subiectis comparata. **I M M A T V R A.** Repetitur autem secunda Philipp. eadem sententia, Etenim si abhinc annis propè viginti hoc ipso in templo negavi posse mortem immaturam esse Consulari, quanto uerius nunc negabo seni? **N E C T A M E N.** Prolepsis per correctionem ex præsentibus amicorum lachrynis, quibus Cicero moueatur. Videtur iis lachrynis repugnare superior historia quæ Ciceronem ab amicis impulsam facit, nisi cum adhortatione permistum mœrorem intelligas, ut mortes, quas gloriosas prædicamus, etiam deploramus. **T A N Q V A M.** Hac breui similitudine gratiam posteris suis à Rep. debitam innuit. **M O V E O R.** Solutio prolepseos ex maiorû collatione, quòd magis periculo publico moueatur. **Q V A R E.** Concluditur rursum prima quæstio, & affirmatur periculis adiunctis. **N O N T I B E R I V S.** Amplificatio ex dissimilibus exemplis, de quibus initio primæ Catilinariæ. **I N D I S C R I M E N.** Periphrasis est ex subiectis, pro, accusatur. **S E D T E N E N T V R.** à τὸ τοιοῦτος dissimilium exemplorum ex dissimili coniuratorum facti & facti sine.

Tenentur literæ, signa, manus, denique vnius cuiusque confessio. Solicitantur Allobroges, seruitia excitantur, Catilina accersitur. Id est initum consilium, vt interfectis omnibus nemo ne ad deplorandum quidem populi Romani nomen, atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur. Hæc omnia indices detulerunt: rei confessi sunt: vos multis iam iudiciis iudicauistis: primùm, quòd mihi gratias egistis singularibus verbis, & mea virtute atque diligentia perditorum hominum patefactam esse coniurationem decreuistis: deinde quòd P. Lentulum, vt se abdicaret prætura, coëgistis: tum

quòd eum, & cæteros, de quibus iudicauistis, in custodia dandos censuistis: maximèque quòd meo nomine supplicationem decreuistis, qui honos togato habitus ante me est nemini: Postremò externo die præmia legatis Allobrogum, Titòque Vulturio dedistis amplissima. Quæ sunt omnia eiusmodi, ut ii, qui in custodiam nominatim dati sunt, sine vlla dubitatione à vobis damnati esse videantur.

TENENTVR. Approbatio finis ex testimoniis de quibus antea. **SOLICITANTVR.** Repetitur à *Carodotis*, sed finis augetur grauius ex adiunctis. **SERVITIA.** Metonymia est pro seruis, quomodo rursus postea, Gallos excitauit, seruitia concitauit. **HAEC OMNIA.** Repetitur approbatio facti ex iisdem testimoniis, quibus additur testimonium senatus ex decreto hesternò, quod per partes explicatur. Sententia syllogismi est,

Rei delatum crimen confessi, & laudatis iudicis quæsitorem in custodiam traditi, uidentur damnati:

Tales sunt coniurati:

Videntur igitur iam esse damnati.

Assumptio præcedit. **SINGULARIBVS.** Singulare propriè dicitur, quod unicum est: ut singularè Deus hunc mundum, atque unigenam procreauit, ait Cicero de Vniuersitate. Et secunda Agraria, Singularis homo sic dicitur. Hic autè non capitur propriè, sed metaphoricòs. quod declarant superioris orationis de eadem re illa, Primùm mihi gratiæ uerbis amplissimus aguntur, &c. Hic (Singularibus) & illic (amplissimis) uerbis idem est. **QVAESUNT.** Sententia propositionis est, Damnati uidentur ii, quibus ista contigerunt: hoc idem Sallustius notauit, sed eos frequens senatus iudicauerat paulò antè contra Remp. fecisse.

Sed ego institui referre ad vos, Patres Conscripti, tanquam integrum, & de facto quid iudicetis, & de pœna quid censeatis. Illa prædicam, quæ sunt Consulibus. Ego magnum in Repub. versari furorem, & noua quædam misceri & cõcitari mala iam pridem videbam: sed hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem à ciuibus nunquam putauit. Nunc

quicquid est, quocunque vestrae mentes inclinant atque sententiae, statuendum vobis ante noctem est. Quantum facinus ad nos delatum sit, videtis: huic si paucos putatis affines esse, vehementer erratis. Latius opinione disseminatum est hoc malum: manuit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes, & obscure serpens, multas iam prouincias occupauit. Id opprimi sustentando ac prolatando nullo pacto potest. Quacunque ratione placeat, celeriter vobis vindicandum est.

SED EGO. Proponitur problema futurae deliberationis. ILLA PR A E D I C A M. Locus attentionis ex adiuncto personae ad cohortationem maturandi iudicij, cuius argumentum est ex adiuncta periculi magnitudine. N V N C Q V I C Q V I D. Sententia complexionis. Quare celeriter est statuendum. Q V A N T V M. Repetitur magnitudo periculi, & augetur efficientibus, quod multi sint eius authores. I D O P P R I M I. Repetitur eadem complexionis sententia, & dissimilibus augetur.

Video duas adhuc esse sententias: vnam D. Syllani, qui censet eos, qui hanc delere conati sunt, morte esse mulctandos. Alteram C. Caesaris, qui mortis poenam remouet, caeterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur. Vterque & pro sua dignitate, & pro rerum magnitudine, in summa seueritate versatur. Alter eos, qui nos omnes, qui populum Romanum vita priuare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere puncto temporis, frui vita & hoc communi spiritu non putat oportere: atque hoc genus poenae saepe in improbos ciues in hac Repub. esse vsurpatum recordatur: Alter intelligit, mortem a diis immortalibus

non esse supplicii caussa constitutam, sed aut necessitatem naturæ, aut laborum ac miseriarum quietem esse. Itaque eam sapientes nunquam inuiti, fortes etiam sæpe libenter oppetiuerunt. Vincula verò, & ea sempiterna, certè ad singularem pœnam nefarii sceleris inuenta sunt. Itaque municipiis dispartiri iubet.

V I D E O. Partitio est sententiarũ adhuc dictarũ. Prior est Syllani designati Cõsulis morte reos multantis: posterior Cæsaris mortem remouētis, perpetuũ carcerem & honorũ publicationem decernētis, ubi prudētiam Ciceronis animaduerte, Cæsarem laudantis, ut cuius sententiã non probaret, eius tamen personam nihil offenderet. **V T E R Q V E.** Laudatur utraque sententia ex adiuncta seueritate. **A L T E R E O S.** Deliberatio Syllani ex factis reorum & exemplis similibus, morte puniendos eos esse: utrunque argumentum tractatum est prima Catilinaria de morte Catilinæ. **A L T E R I N T E L L I G I T.** Deliberatio Cæsaris, qua primũ Syllanus refellitur, deinde sententia Cæsaris ponitur. Refellitur autem Syllanus ex dissimili. Mors non est pœna, sed pœnarũ requies. Idem Sallustius in oratione, quam Cæsari affinxit, Nec enim arbitror Cæsarem ea loquutum esse, sed excellentius orasse iudico. Verba autem Sallustij sunt, De pœna (inquit) possum equidem dicere, id quod res habet: in luctu atque miseriis, mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse: eam cuncta mortalium mala dissoluere, ultra neque curæ, neque gaudij locum esse. **I T A Q V E E A M.** Illustratio ex adiunctis, quod mors contemnatur, aliquando etiam appetatur. **V I N C V L A.** Sententiã Cæsaris de perpetuo reorum carcere efficientibus exornata.

"Habere videtur ista res iniquitatem, si imperare velis: difficultatem, si rogare. Decernatur tamen, si placet. Ego enim suscipiam, & ut spero, reperiam, qui id, quod salutis omnium caussa statueritis, non putet esse suæ dignitatis recusare. Adiungit grauem pœnam municipibus, si quis eorum vincula ruperit: horribiles custodias circumdat, & digna scelere hominum perditorum sancit, ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per Senatum, aut per popu-

lum leuare possit. Eripit etiam spem, quæ sola hominem in miseris consolari solet: bona præterea publicari iubet: vitam solam relinquit nefariis hominibus; quam si eripuisset, multas vno dolore animi ac corporis, & omnes scelerum poenas ademisset. Itaque vt aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos eiusmodi quædam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt: quod videlicet intelligebat his remotis non esse mortem ipsam pertimescendam.

H A B E R E. Perstringitur à Cicerone breuiter hæc sententia ex adiunctis, quod iniqua sit, aut difficilis. **DECERNATVR.** Correctio quam in utramvis partem paratū esse indicat. **A D I V N G I T.** Ratio altera sententiæ Cæsariæ, item ex causis custodiae. **Q V A E S O L A.** Sic de spe Tibullus:

*Tum mala finissem letho, sed credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore semper ait.*

B O N A P R A E T E R E A. Postremum caput sententiæ Cæsaris de publicatione, seu (ut recentiores dixerunt) confiscatione bonorum. **V I T A M S O L A M.** Laudatur seueritas huius poenæ, quasi morte grauioris. **I T A Q V E.** Amplificatio ex similitudine inferorum, quorum fictis poenis sit hæc uera poena similis. Poenas uero inferorum Cicero prima Tusculana uidetur fictus putare.

Nunc, Patres Conscripti, ego mea video quid inter sit. Si eritis secuti sententiam C. Cæsaris, quoniam hanc is in Repub. viam, quæ popularis habetur, secutus est, fortasse minus erunt, hoc monitore & auctore huiusce sententiæ, mihi populares impetus pertimescendi: Sin illam alteram secuti eritis, nescio an amplius mihi negotii contrahatur: sed tamen meorum periculorum rationes utilitas Reipublicæ vendicat. Habemus enim à C. Cæsare, sicut ipsius digni-

tas, & maiorum eius amplitudo postulabat, sententiam tanquam obsidem perpetuæ in Rempub. voluntatis. Intellectum est, quid interest inter leuitatem concionarorum, & animum vere popularem saluti populi consulentem.

IN VNCO. Disceptatur ambigue utraque sententia ex adiuncto periculo Consulis, altera minus inuidiosa, altera non magis periculosa. In prima coniugata sunt popularis populares. **SED TAMEN.** Hac metaphora significat rationes periculorum suorum ad Remp. pertinere, ut si utile sit Reip. subeantur. **HABEMVS.** Redit ad Cæsarem, & collaudat ex hac sententia, tanquam de Repub. bene sentientem, quod de industria factum uideri potest, ne Cæsar (cuius sententia non probabatur) coniurationis nomine suspectus esse uideretur. **INTELLECTVM.** Amplificatio laudis ex dissimilitudine & differentia aliorum popularium, ubi notabis popularis definitionem, qui saluti populi consulit.

Video de istis, qui se populares haberi volunt, abesse non neminem, ne de capite videlicet ciuium Rom. sententiam ferat: "is & nudius tertius in custodiam ciues Romanos Cethegum & P. Lentulum dedit, & supplicationem mihi decreuit, & indices hesternodie maximis præmiis affecit." Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quæsitore gratulationem, indici præmium decreuit, quid de tota re & causa iudicarit. At verò C. Cæsar intelligit legem Semproniam esse de ciuibus Rom. constitutam: qui autem Reipub. sit hostis, eum ciuem esse nullo modo posse: denique ipsum latorem legis Sempronix iussu populi poenas Reipub. dependisse, idem etiam ipsum largitorem Lentulum & prodigum non putat, cum de pernicie Reipublicæ & exitio huius urbis tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit, appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus atque

lenissimus non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculisque mandare: & fancit in posterum, ne quis huius supplicio leuando se iactare, & in perniciem Reipub. posthac popularis esse possit: adiungit etiam publicationem bonorum, vt omnes animi cruciatus & corporis, etiam egestas ac mendicitas consequatur. Quamobrem siue hoc statueritis, dederitis mihi comitem ad concionem populo Romano charum atque iucundum: siue illam Syllani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos à crudelitatis vituperatione defendetis.

V I D E O. Senator quidam notatur qui de ciuium capite indicare noluerat: ab eo tamen iam iudicatum esse Ciaro ex eius factis disputat:

Qui reo custodiam, quaesitori gratulationem, iudici præmium decreuit, iam iudicauit:

Id senator. hic egrit:

Indicauit igitur.

Assumptio præcedit. A T V E R O. Laudatur iterum Cæsar, quòd contra legum exceptionem tam seuerè sentiat in Lentulum ueluti non ciuem:

Hostis non est ciuis:

Lentulus est hostis:

Non igitur ciuis.

Argumentum est ex dissentaneis: propositio exemplo C. Gracchi confirmatur, de quo sic pro Rabirio perduellionis reo, C. Gracchus legem tulit, ne de capite ciuum Rom. iniussu uestro indicaretur. Quòd autem iussu populi pœnas dependisse Gracchus hic dicitur, causæ præsentis magis cõcessum, quam ex historia deductum. Nam S. C. per Opimum Consulem, populo tamen ad arma uocato, cæsus est, ut in proœmio primæ Catilinariæ dictum est. I D E M. Vis assumptionis nista complexionis:

Sed Lentulus est hostis, ut ex factis eius apparet:

Non igitur ciuis.

I T A Q V E H O M O. Concluditur sententia Cæsaris, & eius capita recolliguntur de custodia & publicatione. **V T O M N E S.** Amplificatio ex adiunctis malis. **Q V A M O B R E M.** Concluditur ambigè, ut discrepata est, deliberatio duarum sententiarum. **P O P V L O C H A R V M.** Definitio popularis, cuius & alia paulò antè fuit, populi saluti consulens.

Atque obtinebo eam multò leniorē fuisse. Quamquam, Patres Conscripti, quæ potest esse in tanti sceleris immanitate punienda, crudelitas? Ego enim de meo sensu iudico." Nam ita mihi salua Repub. vobiscum perfrui liceat, vt ego, quòd in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moueor: (quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate & misericordia. Videor enim mihi hanc urbem videre, lucem orbis terrarum, atque arcem omnium gentium, subito vno incendio concidentem: cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos aceruos ciuium: Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi & furor in vestra cæde bacchantis: Cùm verò mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fati sperasse cõfessus est, purpuratum esse hunc Gabinium, cum exercitu venisse Catilinam: tum lamentationem matrum familiã, tum fugam virginum atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium perhorresco: & quia mihi vehementer hæc videntur misera atque miseranda, idcirco in eos qui ea perficere voluerunt, me feuerum vehementemque præbeo.

ATQVE OBTINEO. *Iam manifestus inclinatur in Syllanum, & per correctionem disputat ex repugnantibus nullam crudelitatem hinc esse.*

Summi sceleris animaduersio non est crudelitas:

Hinc summi sceleris est animaduersio:

Non igitur crudelitas.

EGO ENIM. *Interponitur hinc iusiurandi quoddam testimonium, Cupio sic saluus esse, ut ego moueor non crudelitate, sed misericordia. Contrarium interponitur (Quis enim me mitior?)* **VIDEOR.** *Assumptio est:*

Summi sceleris hinc est animaduersio.

quod per illustrationem euentorum & adiunctorum coniurationis uehementer exaggeratur. ET Q V I A. Complexionis loco (Quare crudelitas hic non est) hæc sententia ponitur.

" Etenim quæro, si quis paterfamiliâs liberis suis à seruo interfectis, vxore occisa, incêsa domo, supplicium de seruis quàm acerbissimū sumpserit: vtrum is clemens ac misericors, an inhumanus & crudelissimus esse videatur? Mihi verò importunus ac ferreus, qui non dolorem suum & cruciatum dolore nocentis & cruciatu lenierit: Sic nos in his hominibus, qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare voluerūt, qui singulas vniuscuiusque nostrum domos, & hoc vniuersum Reip. domicilium dele-re conati sunt, qui id egerunt, vt gentem Allobrogum in vestigiis huius vrbis, atque in cinere deflagrati imperii collocarent, si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur: sin remissiores esse voluerimus, summæ nobis crudelitatis in patriæ ciuiumque pernicie fama subeūda est. Nisi vero cupiam L. Cæsar vir fortissimus & amantissimus Reip. crudelior nudius tertius est visus, cum sororis suæ femina lectissimæ virum præsentem & audientem vita priuandum esse dixit, cum auum iussu Consul interfectum, filiumque eius impuberem, legatum a patre missum, in carcere necadum esse dixit. Quorum quod simile fuit factum? quod initum delendæ Reipub. consilium? Largitionis voluntas tum in Reipub. versata est, & partium quædam contentio.

ET ENIM. Disputatur idem insigni similitudine, ubi familia cum ciuitate comparatur. MIHI VERO. Subiectio est ad interrogationem

proximam. SIC NOS. Apodosis similitudinis illustrata uariis coniu-
ratorum consiliis, ubi assumptio est connexi & conclusio:

Sed ciues nostros coniurati tanquam serui interficere uoluerunt:

Crudeles igitur in iu uelascendis non erimus.

NISI VERO. Confirmatur eadem quaestio, quod hic crudelitas nulla
sit, L. Caesaris auctoritate & sententia, qui Lentulum sororis suae Iuliae maritum
sententia sua damnauerat. Haec uero mulier Antonio Critico, Antonij oratoris
filio prius nupserat, unde Antonius eriumur natus est, qui in Cicerone suppli-
cium Lentuli uirici postea ultus est. Vide Plutarchum in Antonio. C V M
A V V M. Exempla similia fuerant, quibus Caesar usus erat ad confirman-
dam sententiam. Narratio autem hic parum perspicua. Historia de Fuluo, & eius
filio intelligenda est, de qua uide Plutarchum in Gracchis. N E C A N-
D V M. Vide num legendum sit, Necatum, ut congruat cum tempore superioris
proximi uerbi, interfectu, aut pro esse legatur Fuisse. Q V O C V M. Cor-
rectio proximorum exemplorum ueluti dissimilium.

Atque illo tempore huius auus Lentuli, clarissi-
mus vir, armatus Gracchum est persecutus, & graue
tum vulnus accepit, ne quid de summa dignitate
Reip. minueretur. Hic ad euertenda fundamenta
Reipub. Gallos accersiu, seruitia cocitauit, Cati-
linam euocauit, attribuit nos trucidandos Cethego,
caeteros ciues interficiendos Gabinio, urbem inflam-
mandam Cassio, totam Italiam vastandam diripien-
damque Catilinae. Vereamini, ceseo, ne in hoc sce-
lere tam immani ac nefario nimis aliquid seuerè
statuisse uideamini: cum multo magis sit verendum,
ne remissione poenae crudeles magis in patriam,
quam ne seueritate animaduersionis nimis vehemē-
tes in acerbissimos hostes fuisse uideamini. Sed quæ
exaudio, Patres Conscripti, dissimulare non possum.
Iactantur enim voces, quæ perueniunt ad aures meas,
eorum, qui vereri videntur, ut habeam satis praesidii
ad ea quæ vos statueritis, hodierno die transigenda.

Omnia prouisa, parata & constituta sunt, Patres Conscripti, cum mea summa cura atque diligentia, tum multò etiam maiore populi Romani, ad summum imperium retinendum, & ad communes Fortunas conseruandas voluntate. Omnes adsunt omnium ordinum homines, omnium denique ætatum: plenum est^d forum, pleni omnes aditus huius loci ac templi. Caussa enim est post^d urbem cõditam hæc inuenta sola, in qua omnes sentirēt vnum atque idem, præter eos, qui cum sibi viderent esse^d pereundum, cum omnibus potius, quàm soli perire voluerunt. Hofce ego homines excipio & secerno libenter: neque enim in improborum ciuium, sed in^d acerbissimorum hostium numero habendos puto. Cæteri verò, "dii immortales," qua frequentia, quo studio, qua virtute ad communem dignitatem salutemque^d consentiunt?

A T Q V E I L L O. Exaggeratur indignitas belli ex dissimilitudine duorum Lentulorum, aui & nepotis. **G A L L O S.** αιταποδοσις ex factis Lentuli. **V E R E A M I N I.** Concluditur superiore pagina institutus syllogismus:

Quare nulla crudelitas. Argumentum repetitur, & collatione maiorum augetur. **S E D Q V A E.** Occupat metum quendam de reorum liberatione, quasi Cos. non possit transigere quæ senatus decreuerit. Refellit autem efficientium caussarum facultate. **O M N E S A D S V N T.** Amplificatio per diuisionem partium ex adiunctis. **C A V S S A.** Confirmatur proximus locus ex adiuncto consensu. **P R A E T E R E O S.** Digressiuicula excipiuntur coniurati ex eorum sine & consiliis. **N E Q V E.** Alia exceptionis proximæ ratio ex dissimilibus. **C A E T E R I.** Redit ad propositam transigendi facultatem, & multarum partium inductione confirmat.

"Quid ego hîc equites Romanos commemorem? qui vobis ita summa ordinis consiliique concedunt,

vt vobiscum de amore Reipublicæ certent: quos ex multorum annorum dissensione ad huius ordinis societate concordiamque reuocatos, hodiernus dies vobiscum, atque hæc causa coniungit: quam conjunctionem si in Consulatu confirmatam meo, perpetuam in Republica tenuerimus, confirmo vobis, nullum posthac malum ciuile ac domesticum ad ullam Reipublicæ partem esse venturum. Pari studio defendendam Reipublicæ cõuenisse video Tribunos ærarios fortissimos viros: Scribas item vniuersos: quos cum casu hic dies ad ærarium frequentasset, video ab expectatione fortis ad communem salutem esse conuersos. Omnis ingenuorum adest multitudo, etiam tenuissimorum. Quis est enim cui non hæc templa, aspectus vrbis, possessio libertatis, lux denique hæc ipsa, & hoc commune patriæ solum, cum sit charum, tum verò dulce atque iucundum? Operæpretium est, Patres Conscripti, libertinorum hominum studia cognoscere, qui sua virtute fortunam ciuitatis consecuti, hanc verè suam patriam esse iudicant: quam quidem hinc nati, & summo nati loco, non patriam suam, sed urbem hostium esse iudicauerunt.

QVID EGO. *Prima pars inductionis de senatoribus & equitibus.*
 QVAM. *Exornatio primæ partis ex adiuncta pace, quæ perpetua futura sit.* PARI. *secunda pars inductionis de tribunis ærariis, quos vulgus Francicum receptores generales appellat, ut Budæo placet.* SCRIBAS. *Tertia pars de scribis, quorum quantus ordo fuerit, ex quinta Ciceronis actione abundè percipies. Hi omnes & Romæ, & in prouinciis curam tabularum publicarum, & custodiam habebant, & pericula magistratuum eorum fidei committantur, ut ibi ait Cicero, & sæpe Romani imperatores superatis hostibus optime*

republica gesta, scribas suos annulis aureis in concione donarunt. Ergo scribae erant magistratum graphiarum, secretarum, notarum, quos modo dicimus, & prouincias tum magistratibus sortiebantur. **OMNIVM INGENVORVM.** Quarta pars de ingenuis, quorum studium ex subiectis ostenditur. **PATRIAE SOLVM.** sic idem Ouidius de Ponto:

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos

Ducat, & immemores non sinit esse sui.

OPERAEPRETIVM. Quinta pars de libertinis, quorum studium similiter ex adiunctis ostenditur. Libertinus uero & ingenuus contraria sunt aduersa, non autem correlatiua, ut quidam appellant. **QVAM QVIDEM.** Illustratio ex dissimili studio coniuratorum.

" Sed quid ego huiusce ordinis homines commemorem, quos priuatae fortunae, quos communis Respublica, quos denique libertas ea, quae dulcissima est, ad salutem patriae defendendam excitauit? Seruus est nemo, qui modo tolerabili conditione sit seruitutis, qui non audaciam ciuium perditorum perhorrescat, qui non obstare cupiat, qui non tantum quantum audet, & quantum potest, conferat ad communem salutis voluntatem. Quare si quem uestrum forte commouet hoc, quod auditum est, lenonem quendam Lentuli concurrere circum tabernas, pretio sperantem sollicitari posse animos egentium atque imperitorum: est id quidem coeptum atque tentatum: sed nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri, aut uoluntate perditum, qui non ipsum illum sella atque operis & quaestus quotidiani locum, qui non cubile ac lectulum suum, qui denique non cursum hunc otiosum vitae suae saluum esse velit: multo uero maxima pars eorum, qui in tabernis sunt, imo uero (id enim potius est dicendum) genus hoc uniuersum amantissimum est otii. Etenim omne eorum instrumen-

tum, omnis opera ac quaestus, frequentia ciuium sustinetur, alitur otio. Quorū si quaestus occlusis tabernis minui solet, quid tādē incensis futurū est? Quācūm ita sint, Patres Conscripti, vobis populi Romani praesidia non defunt, vos ne populo Romano deesse videamini, prouidete. Habetis Consulem ex plurimis periculis & infidiis, atque ex media morte, non ad vitam suam, sed ad salutē vestram reseruatū.

SED QUID. Epilogus superiorum partium tanquam minorum cum postrema sequente collatarum. DVLCISSIMA. Vide agrariae secundae initium: Quid tam populare, quam libertas, quam non solum ab hominibus, uerum etiam a bestis expeti, & omnibus rebus anteponi uidetis? SERVVS EST. aīēpōdōis maiorum de seruis: quae pars est inductionis extrema. QVARE SI QVEM. Concluditur ex his tam multis transigendi facultatibus, dispersum illum rumorem metuendum non esse. SED MIHI. Subiicitur ex subiectis & adiunctis ratio, cur ea sollicitatio non processerit. SELLAE. Periphrasis est tabernae. Taberna enim significat locum ubi operarij & opifices opera sua faciunt, & aliquando ubi eadem etiam uendunt. A Sella uero sellularij dicuntur a Limo lib. 8. Opificum uulgus ait, & Sellularij minimē militiae idoneum genus. Idem dicuntur a Plauto Sedentarij: Calceolarij, inquit, sedentarij, sutores. MVLTQ. Continuat eadem ratio ē coniugatis. Opifices amant otium: otiosi itaque uolunt esse. Vbi notabis correctionem partis ex genere. ET ENIM. Confirmatio ex adiunctis otij, quod hinc uictus paretur. QVORVM. Probatur idem collatione maiorum. QVAE CVM. Concludit propositam facultatem, & hinc parium argumento senatum adhortatur. HABETIS. Additur ad eandem facultatem Consulis uoluntas, & dissimilibus exornatur.

Omnes ordines ad conferuandam Rempublicam, mente, uoluntate, studio, uirtute, uoce consentiunt. Obsessa facibus & telis impia coniurationis, vobis supplex manus tendit patria communis: vobis se, vobis vitam omniū ciuiū, vobis arcem & Capitolium, vobis aras penatium, vobis illum ignem Vestae perpetuum ac sempiternū, vobis omnia tem-

pla deorum atque delubra, vobis muros atque vrbis tecta commendat. Præterea de vestra vita, de coniugum vestrarum ac liberorum anima, de fortunis omnium, de sedibus, de focis vestris hodierno die vobis iudicandum est. Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui: quæ non semper facultas datur. habetis omnes ordines, omnes homines, vniuersum populum Romanum (id quod in ciuili causa hodierno die primum videmus) vnum atque idem sentientem. Cogitate quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute stabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas vna nox penè deleuerit. Id ne vnquam posthac non modò confici, sed ne cogitari quidem possit, vobis hodierno die prouidendum est. Atque hæc, non vt vos, qui mihi studio penè præcurritis, excitarem, locutus sum: sed vt mea vox, quæ debet esse in Republica princeps, officio functa Consulari videretur.

OMNES ORDINES. Repetitur summa superioris inductionis. **OBSESSA.** Obliqua est patriæ supplicantis prosopopœia ad senatum comouendum, qua coniuratione ex subiectis rebus exaggerat. **PRÆTEREA.** Repetitur idem ex persona Ciceronis. **HABETIS DUCEM.** Repetuntur iterum facultates transigendi, primum de Consule, tum de omnibus ordinibus. **COGITATE.** Adhortatio breuis est ex periculis adiunctis ad fortiter agendum. **EXAGGERATAS.** Metaphora ab aggeribus fossarum:

Et fossas aggere complent, ait Virgilius.

agger autem, quemuis cumulum & aceruum significat. Hinc exaggerare pro accumulare. **ID NON.** Complexio Enthymematis aucta collatione minorum. **ATQVE HÆC.** Correctio per causam adhortationis, cui dissimile præponitur.

Nunc antequam ad sententiam redeo, de me pauca dicam. Ego, quanta manus est coniuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video: sed eam esse iudico turpem & infirmam, contemptam & abiectam. Quod si aliquando alicuius furore & scelere concitata manus ista plus valuerit, quam vestra ac Reipublicae dignitas: me tamen meorum factorum atque confiliorum nunquam, Patres Conscripti, poenitebit. Et enim mors, quam illi mihi fortasse minitatur, omnibus est parata: vitae tantam laudem, quanta vos me vestris decretis honestastis, nemo est affecutus. Caeteris enim semper bene gesta, mihi vni conseruatae Reipublicae gratulationem decreuistis. Sit Scipio clarus ille, cuius consilio atque virtute Annibal in Africam redire, atque ex Italia decedere coactus est: ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas vrbes huic imperio infestissimas, Carthaginem, Numantiamque deleuit: habeatur vir egregius L. Paulus ille, cuius currum Rex potentissimus quondam & nobilissimus Perses honestauit: sit in aeterna gloria Marius, qui bis Italiam obsidione & metu seruitutis liberauit: anteponatur omnibus Pompeius, cuius res gesta atque virtutes iisdem, quibus Solis cursus, regionibus ac terminis continentur: erit profecto inter horum laudes aliquid loci nostrae gloriae, nisi forte maius est patefacere nobis prouincias, quod exire possimus, quam curare ut etiam illi, qui absunt, habeant quod, victores reuertantur.

N V N C A N T E Q V A M. Digreditur in constantia sua confirmationem, & adiuncti periculi contempione exequitur. Q V O D S I. Secundus confirmationis gradus, et si moriendum sit, conscientia tamen me consolabor. E T E N I M. Confirmatur *αὐτὰ πόδοις* adiuncta laude, cui dissimile praepositur. C A E T E R I S. Probatum auctoritate senatus nemini parem gloriam contigisse, idque exemplum quinque tanquam minoribus, in quibus singulis sua laus ex effectis exponitur. A T Q V E E X I T A L I A. *ὁ στρατός* quaedam est: prius enim decedere ex Italia fuit: deinde redire in Africam. De maiore Africano, uide *Liuium* lib. 20. A L T E R A F R I C A N U S. Hic Africanus est minor, quem *Cicero* fecerat in libris de *Repub.* loquentem, filius *Pauli* adoptatus à superioris *Africani* filio. Huius uitam *Plutarchus* scripserat, & ipse locis aliquot citat. *Plinius* perstrinxit in *uiris illustribus*. De *Carthagine* & *Numantia*, uide *Florum* lib. 2. cap. 1. & 18. L. P A V L V S. Huius uitam *Plutarchus* perscripsit, & hoc totum bellum. M A R I U S. *Marius* *Theutones* & *Ambrones* uicit ad *aquas Sextias* in prouincia, eorumque socios *Cimbros* in agro *Claudio*. Vide *Plutarchum* in *Mario*. S O L I S C V R S V S. Similis hyperbole fuit in *tertia Catilinaria*: *Duos ciues extitisse*, quorum alter *fines uestri imperij*, non *terrae*, sed *cæli regionibus* terminaret. E R I T P R O F E C T O. *αὐτὰ πόδοις* maiorum hic esse debuerat, sed *modestiae causa* extenuatur.

Quaquam est in vno loco conditio melior externæ victoriæ, quàm domesticæ: quòd hostes alienigenæ aut oppressi feruiunt, aut recepti, beneficio se obligatos putant: qui autem ex numero ciuium, dementia aliqua deprauati, hostes patriæ semel esse coeperunt, eos cum à perniciè Reipublicæ repuleris, neque vi coërcere, neque beneficio placare possis. Quare mihi cum perditis ciuibus æternum bellum susceptum esse video: quod ego uestro bonorumque omnium auxilio, memoriæque tantorum periculorū, quæ non modò in hoc populo, qui seruatus est, sed etiam in omnium gentium sermonibus ac mētibus semper hærebit, à me atque à meis facile propulsari posse cōfido. Neque vlla profectò tanta vis reperietur, quæ coniunctionem uestram

Equitumq; Romanorum, & tantam cōspirationem bonorum omnium perfringere & labefactare possit.

Q V A N Q V A M. Amplificatur eadem laus Ciceronis dissimilitudine superiorum exemplorum, quod superiore oratione attigit eo loco, Non est eadem fortuna, atque conditio. **Q V I A V T E M.** *αὐτοπόδοις* dissimilitudinis. **Q V A R E M I H I.** Concludit e proxima collatione imminens sibi periculum, & eius contempionē tamen opponit. **N E Q V E V L L A.** Subiicit efficientes causas confidentiæ suæ. **P E R F R I N G E R E.** Eadem metaphora in prima Catilinaria fuit: Tu non solum ad negligendas leges & quæstiones, verum ad evertendas perfringendasque ualuisse. **L A B E F A C T A R E.** Metaphora est: proprie enim dicitur labes, ruina uolenta aquæ, tempestatis, grandinis. Et Labefacere, aut labefactare, idem quod perfringere: Omnes dentes labefecat mihi, ait Terentius in Adelphis.

Quæ cum ita sint, Patres conscripti, pro imperio, pro exercitu, pro prouincia, quam neglexi, pro triumpho, cæterisque laudis insignibus, quæ sunt à me propter urbis uestræque salutis custodiam repudiata, pro clientelis hospitiumque prouincialibus, quæ tamē urbanis opibus non minore labore tueor, quam comparo, pro his igitur omnibus rebus, & pro meis in vos singularibus studiis, proque hac, quam conspiciatis, ad conseruandam Rempublicam diligentia, nihil aliud à vobis, nisi huius temporis, totiusque mei consulatus memoriam postulo: quæ dum erit uestris mentibus infixæ, firmissimo me mureo septum esse arbitror. Quod si meam spem vis improborum fefellerit atque superauerit, comendo vobis paruum meum filium: cui profectò satis erit præsidii non solum ad salutem, verum etiam ad dignitatem, si eius, qui hæc omnia suo solus periculo conseruauerit, illum esse filium memineritis. Qua-

propter de summa salute vestra, populique Romani, Patres Conscripti, de vestris coniugibus ac liberis, de aris ac focis, de fanis ac templis, de totius vrbis tectis ac sedibus, de imperio, de libertate, de salute Italiae, deque vniuersa Republica decernite diligenter, vt instituisstis, ac fortiter. Habetis enim Consulem, qui & parere vestris decretis non dubitet: & ea, quae staueritis, quoad viuet, defendere, & per seipsum praestare possit.

Q V A E C V M I T A . Postulat à senatu pro neglectis Consulatus commodis, & pro studiis in Remp. suis memoriam Consulatus tanquam custodem & vndicam. Hic locus ferè idem in superioris orationis extremo fuit. Quibus pro tantis rebus Quirites, &c. **Q V A E T A M E N .** De hac continentia vide epistolas ad Atticum lib. 5. & Plutarchum in Cicerone, Quauis exiguas opes haberet, tamen à clientibus neque mercedem, neque donum ullum accepit. **Q V O D S I M E A M .** Commendat postremo filiolum, eique quasi testamento legat meritorum paternorum gratiam. Eundem commiserationis locum huius initio attingit: Et paruulus filius qui mihi uidetur amplecti Remp. tanquam obsidē Consulatus mei. **I L L V M E S S E F I L I V M .** Consimili memoria motus Octavius tandem filium Ciceronis collegam sibi in Consulatu adiunxit, eique ad patris ultionem permisit, ut Antonij statuas deiiceret, sancirétque, ne quis impostherum ex Antoniorum familia Marcus appellaretur. **Q V A P R O P T E R .** Digressio adhuc fuit: accedit tandem ad sententiam, quam praecipuam nullam dicit, sed adhortatur senatum ad fortiter statuendum, Syllanum tacite coprobans. Amplificatio est ex partibus coiurationi subiectis. **H A B E T I S .** Proponit ad extremum, studium & fiduciam transigendi. **P R A E S T A R E .** Praestare, legale uerbū hīc est, pro exitum rei ac dispendium in se recipere. Sic praestare fidem, damnum, incommodum, culpam, dictum, factum dicimus.

ANALYSEOS RHETORICAE ET LOGICAE
 in quartam Catilinariam summa.

Euentus orationis (qui cōsecutus sit) è Sallustii & Plutar-
 chi historia cognoscitur, sed Sallustius Catonem facit Cæsari
 cōtradicentem, & S. C. præcipuū authorē: Ciceronis non me-
 minit. Post lōgas igitur Cæsaris & Catonis orationes (quas il-
 » lis cōposuit) tādē ait: Postquan Senatus in Catonis senten-
 » tiā discessit, Cōsul optimum factu ratus, noctē, quæ instabat,
 » antè capere, ne quid eo spatio nouaretur, Triumuiros, quæ ad
 » suppliciū postulabat, parare iubet: Ipse dispositis præfidiis Len-
 » tulū in carcerē deducit: cæteris idē fit per Prætores. Est in car-
 » cere locus, quod Tullianū appellatur, vbi paululū ascēderis, ad
 » læuā, circiter duodecim pedes humi depressus: eū muniūt vn-
 » dique parietes, atque insuper camera lapides fornicibus vin-
 » cta, sed inculta tenebris, odore foeda: atque terribilis eius fa-
 » cies est: In eum locū postquā demissus est Lētulus, vindices re-
 » rū capitaliū, quibus præceptū erat, laqueo gulā fregere. Ita il-
 » le Patritius ex gēte clarissima Corneliorū, qui Cōsulare impe-
 » riū Romæ habuerat, dignū moribus factisque suis exitiū vitæ
 » inuenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Ceparo eodem modo
 » suppliciū sumptū est. Hæc Sallustius. Rebus iis peractis, rediēs
 » Cos. cūm videret frequētes in foro cōiuratos, qui quid actum
 » esset, ignari noctē expectabāt, tanquam viri illi adhuc viuerēt,
 » eripique possent, alta versus eos & sublimi voce ait: Vixerunt.
 » Sic verò Romani infaustū omen effugiētes, interiisse signifi-
 » cābāt. Iam adesperascebat, cūm è foro domum Cōsul rediret.
 » Cæterū deinceps non silētio ciuiū agi, nō ordine comitantiū
 » ipsum, sed voce ac plausu excipiētium Senator patriæ & con-
 » ditor appellatus. Tum funalia per vrbis vicos lucere, lāpades,
 » faces pro foribus astantiū cōstitui: mulieres è tectis & specu-
 » lis prospectare, in laudē & admirationē viri, comitatu optimi
 » cuiusque & pōpa magnificè domū redeūtis. Horū pleriq; qui
 » maxima bella gesserant, qui que triūphauerant, nec exiguum
 » terræ marisque imperium pepererant, comitabantur inter se
 » cōfidentes, populum quidem Romanum multis principibus
 » & imperatoribus pro diuitiis, spoliis, facultatibus gratiā debe-
 » re: at pro sua libertate ac salute soli Ciceroni debere, qui tāto

„ talique periculo ciuitatem liberasset. Nec enim quæ tum a-
 „ gebatur, prohibuisse, & authores ipsos suppliciis affecisse mi-
 „ rabile videbatur, sed quòd omnium qui vnquam extiterant,
 „ maximum hūc motum, sine clade, sine seditione, sine tumul-
 „ tu extinxisset. Hæc Plutarchus, qui addit præterea Catilinæ co-
 „ pias harū rerū rumore labi cœpisse, & ab Antonio victas fuis-
 „ se. Ergo illa est ἀπόδειξις ὄν, quòd in hac causa bonus orator
 Cicero fuerit. Causæ tamen euentus eius multiplices & va-
 rix fuerunt: quæ verò sunt in hac oratione, sicut adhuc in
 cæteris Cōsularibus factum est, si retexātur, Rhetoricæ elocu-
 tionis hæ sunt: Metaphora minimum centum locis reperie-
 tur, Metonymia sexaginta, Synecdoche ferè quadraginta, I-
 roniam quatuor. Atque id adhuc in octo totis orationibus ex-
 perti sumus, de tropis si frequētissimum vsum spectes, pri-
 mū locū esse Metaphoræ, Metonymiæ secūdū, tertiū Synec-
 doches, minimū Ironiæ senties. Gratix tamen non par iudi-
 cium & idē erit. Metaphora non solūm vfu plurima, sed mo-
 uēdis animi cogitationibus & similitudine transferēdis etiam
 gratissima: ex eodem cōparationis fonte, dissimilitudine suæ
 mutationis & translationis, Ironiam secunda est. Hic motus
 animi, quia similitudinem & dissimilitudinē in Metonymia
 & Synecdoche non habet, minor est: ideoque in his voluptas
 minor: est tamē etiā magna, sed in geminatis maximè, quod
 dico, percipitur. Circūspicite omnes procellas, quæ impendēt,
 nisi prouidetis, geminata Metaphora allegoriā hanc efficit.
 Animi cruciatus & corporis etiam egestas & mendicitas con-
 sequatur, Metonymia geminata est: & ex omnibus tropis isto
 modo frequentissimè geminatur. Cui non forum, non cam-
 pus, non curia, non domus, non lectus, non denique hæc sel-
 la curulis vnquam vacua mortis periculo, atque insidiis fuit,
 &c. Atque hæc ornamenta videmus in omnibus Cōsulari-
 bus, quā frequentia, quāque perpetua ferè sint: multa no-
 tauimus, longè tamen plura si attenderis, deprehendes. At figuræ
 non tam frequentes sunt, quod antè iam potuit intelligi, &
 hīc potest: In verbis nusquam Epizeuxis, Epistrophe, Sym-
 ploce, Epanalepsis, Anadiplosis, Climax. Anaphora autem
 viginti sex locis est: Epanodos vno, Polyptoton octodecim,

Paronomasia sex: Sed in his duabus figuris alicubi deprehen-
 des alterā alterius loco notatam. Numerus, vt antea monui,
 in omnibus illis figuris sentitur, & ob numerū solūm placēt:
 sed sine dictionis eiusdem repetitione aut cōmutatione mul-
 tis locis numerus resonat. Epistrophe numeri est, Feram non
 solūm fortiter, sed etiam libenter: Gallos accersuit, seruitia
 concitauit, Catilinam euocauit. Epanodos est numeri, Neque
 enim turpis mors forti viro potest accidere, nec immatura
 Consulari, nec misera sapienti. Symploce numero completa
 est, Multa tacui, multa pertuli, multa concessi: sed Anaphora
 dictionis incurrit: At absque hac numerus idem est, Et de
 facto quid iudicetis, & de pœna quid censeatis. Item, Aut for-
 tuna miseri, aut voluntate periti. Hanc igitur laudem præ-
 ceptis breuem, vsu tam longè ac latè patentem, imò tam ve-
 hementer auribus, suis illecebris adulantem studiosus elo-
 quētix discipulus obseruabit. E figuris sententiarū nusquam
 est Deprecatio, Addubitatio, Permissio, Dialogismus, Apo-
 strophe, Reticētia, Sustainatio, Licentia. Præteritio verò, & Di-
 gressio & Exclamatio binis locis: reliquæ singulis. Ita lacertos
 elocutionis & neruos (qui reuera sunt in his conformatio-
 nibus, hæc oratio multos non habet: rerum inuentarum ac
 dispositarum, id est Logicæ, tota vis est. Itaque de Topicæ in-
 uētionis generibus finis, efficiens ternis locis incurrit: forma
 & materia nullo: facta multis: subiecta quatuor: adiuncta
 plurimis: aduersum duobus: repugnantia vno: paria septem.
 In formula verò (Tantum, quantum) tribus: (Non minus,
 quam) vno. Aliquando planius ostenditur, vt, Pari studio de-
 fendendæ Reip. &c. Illud paulò secus, sed tamen ex hoc loco,
 Cuius res gestæ atque virtutes iisdem, quibus solis cursus re-
 gionibus ac terminis continentur. Maiora tredecim: in for-
 mula autem (Non solūm, sed) quinque: In formula (Cūm &
 Tum) duobus. Reliquas varietates obseruato. Minora duo-
 bus: Similia quatuor, sed duobus breuiora, duobus splendi-
 diora de inferorū, de seruorū homicidarum collatione. Dis-
 similia quindecim: in formula autē (Non hoc, sed illud) octo.
 Obseruabis quod iam monui, (Quanquam) frequēter omitti.
 Si manus ista plus valuerit, &c. me tamen, &c. Notatio nullo,

Coniugatio tribus. Partitio in omni genere aliqua est, Video duas adhuc esse sententias, &c. Generis est in species. Primum mihi gratias egistis, &c. Ex effectis est. Non forum, non domus, &c. Ex subiectis est. Omnes adsunt, omnium ordinum homines, &c. Ex adiunctis est. Definitio in descriptione quadam tredecim, præter euidentiã illam rerum, quam etiam huc referri volo: qualis illa est, hostilis in vexatione captæ urbis, furoris illustratio. Cum verò mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fatis sperare confessus est, purpuratum esse Gabinium, cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationem matrum familiãs, tum fugam virginum, atque puerorum, ac vexationem virginum Vestalium, perhorresco. Testimonium quinque locis est: atque hi topicæ inuentionis loci sunt: Analytica dispositio syllogismos plene conclusos quatuor habet: Duos in primo modo primæ figuræ, vnum in tertio eiusdem, quartum in primo connexo. Atque in tam multis octo Consularium orationum exemplis, & in hac inductione tam longa, syllogismi rarissimum vsum videmus: lege totas & integras artes, multò rariore, imò fortassis omnino nullum reperies: nec enim quæstiones quid est, quotuplex est, propter quid est (quæ ferè solæ sunt in artibus) syllogisticæ sunt, iudiciis naturalibus contentæ sunt: & quæ sunt in vfu communi syllogisticæ, vt an est hoc, an huic illud inest, tamen vna syllogismi parte posita, reliquæ penitus intelliguntur & æstimantur, vt vanum sit tribus partibus totum syllogismũ concludi. Analyticæ methodi exempla longè clariora sunt: summum problema deliberationis vniuersæ ponitur initio, de coniuratis fortiter esse statuendum: diuiduntur adhuc dictæ sententiæ, eæque comparatè disputantur, hæc vt clemens laudatur, illa defenditur à crudelitate: imò clementior efficitur, eiusque exequendæ summa facultas ostenditur, eoque senatus impellitur: atque ea deliberationis propositio, diuisio, contentio, conclusio, artificiosæ methodi est: prudentiæ verò fuit interponere refutationem crudelitatis, eiusque cupiditatem à se detestari: vt ad eam seueritatẽ charitate patriæ, & malorum grauiorũ comparatione orator impelli videatur, eiusque rei causa primo, summò-

que loco pericula Consulis ostēduntur: Cæsar, qui tamen re-
 fellitur, egregiè laudatur: sed patria (à qua summos honores
 Cōsul acceperit) Consulis pericula sibi vendicat: vt omnino
 boni quicquid est in caussa, retineatur, à malo tamen receda-
 tur. Quæ collocatio, prudentiæ & naturalis tantum iudicii est,
 artis nil habet. Quamobrē si tanti euētus caussam *καὶ δὴ* re-
 quiras ex hac oratione, videbis Rhetoricæ elocutionis tot or-
 namenta, logica tot instrumēta tam congruenter apposita, vt
 istas caussas consyderanti, mirabilis euentus videri non de-
 beat, cū ad id efficiendum, tot & tantæ facultates sint ad-
 hibitæ. Quid si Consularē dignitatem, quid si diuinam actio-
 nem (cuius in scriptis libris mortuus spiritus iacet) animo
 concipias, quid erit in euentu præterea quod admirere? cur
 non potius intellectas linguæ ac mentis tantas virtutes ad-
 mirere? Aristotelicæque principia secutus, in aliis exemplis
 non solum oratorum, sed poëtarum, philosophorum, iure-
 consultorum omniumque hominum Rhetoricam artem &
 Logicam, an verè tradantur in scholis, experiare: expertasque
 meditare? atque artium tatarum caussis omni genere exerci-
 tationis æmulandis, earum tandem verum solidumque fru-
 ctum consequare?

FINIS QVARTAE CATILINARIAE.

DD.i.

INDEX EORVM QVAE EXPLICANTUR IN HIS CATILINARIIS.

A	E	In posterum tempus	31
Abdicare se libertate, tutela, magistratu	95	92	31
Abliguvire bona	55	12	64
Acies	51	13	92
Adeo	17	39	95.130
Adulta pestis	39	12	Juppiter stator urbis & imperij
Agger	132	64	40
Alere	37	89	L
Amicti velis	66	35	Labes
Anhelans scelus	47	35	135
Apenninus mons	66	132	Labefacere
Apulia	52	69	135
Aquila	33	69	Laevæ igneæ
Afoli	51	69	Lecticæ
Atque	21	49	Lētulus somniculosus
Audax	13	F	Libertinus
Audacia	13	Fabia uestalis	95.130
Aurelium forum	53	Falx	62
B		Falcarius	M
Bacchanalia	34	Falsarius	Machinari
Barbati	66	Fatum	13
C		Fauces	Mactari
Calceolarij	131	Ferramentum	36
Campi Elysij	64	Fesulae, arum	40
Capitolium	89	Fœdus	C. Manlius
Carcer	69	Funestum	18
Cassius præpinguis	97	Funesta familia	Manus proscriptura
Certare	62	Furens audacia	91
Cethegus	90	Furiosus	58
Cethegus furiosus	97	G	Massilia
Circumscribere	54	Ganeones	Maturitas
Coercere	15	Gens Allobrogum	39
Coertio	15	Gladiatorius ludus	87
Costrictus	13	I	Mors
D		Iactare	N
Designare	13	Imago	Nancisci
Detestari	35	cum imperio esse	Naufragi
		In posteritatem	39
		In posterum	23
			Notare
			13
			O
			Obliguvire
			55
			P
			Obses
			51
			Parricida
			37
			Petere
			22
			Poma ignis
			40

Popinones	54	Scribæ	130	T	
Præs	51	Sedentarij	131	Taberna	131
Præstare	136	Sella	131	Tabescere	53
Prætexta	51	Sella curulis	116 & 117	Toga	70
Prinatus esse	15	Sellularij	131	Toga, pacis est insigne	
Prodigus	13, 51	Seminarium	66	105	
ρωγαγωιδει	17	Sentina	22	Togatus dux	70
R		Seruitia, pro Serui	119	Tribuni ærarij	129
Rancon	20	Signum	90	Tumultus	22
Reate	87	Singulare	119	Triumphare	49
Ruinæ	25	Species	62	V	
S		Stator	21, 40	Vadimonium	51
Sagum	70	Stuprum	34	Vas	51
Scipio cognominatus Se-		Subiector	54	Vastatio	62
rapion	14	Sura	92	Volitare	51

ERRATA SIC CORRIGITO.

Folio 29. linea 3, tus cuiusvis rei Fo. 32. li. 24, dextram a impiam Fo. 47. li. 7, nefarie molientem, Fo. 57. li. 24, cætera: 11 quid Fo. 67. li. 23, spes cum omnium Fo. 73. li. 9, esse luget: Fo. 79. li. 6, indicis conuicit, Fo. 84. li. 2, a Rempub. districtos retudimus, d mucronèsq̄ue Fo. 89. li. 33, latuit, ait Appianus Fo. 92. li. 15, Lentuli Suræ Fo. 95. li. 16, De Furio, Fo. 97. li. 17, tam in scelere Fo. 118. li. 31, egistus singularibus Fo. 121. li. 26, 11 Habere Fo. 124. li. 2, tenebris unculisque. Ibidè. li. 12, capite indicare Fo. 127. li. 24, 16 9 Vereamini, Fo. 131. li. 30, 19 Obsessa Fo. 132. li. 13, stabilitam a libertatem, Fo. 133. li. 16, decedere coactus est: Ibidem, li. 29, quò victores reuertantur.

C'est un vœu de bien-être et de salut... non seulement par le bien des hommes...
 mais aussi par le bien des États... et par le bien de l'humanité toute entière...
 On ne peut donc se dispenser de réfléchir sur ces choses... et de chercher à les améliorer...
 par tous les moyens possibles... et de ne jamais perdre de vue le grand but...
 qui est de rendre la vie plus douce et plus utile à tous les hommes...
 et de leur donner la possibilité de se perfectionner... et de progresser...
 dans toutes les branches de la science et de l'art... et de contribuer ainsi...
 à la gloire de Dieu et au bien de son Église... et de son Royaume...

Epistola que intelligendo amice...
 quod timent...
 utinam...
 C'est un vœu de bien-être... et de salut... non seulement par le bien des hommes...
 mais aussi par le bien des États... et par le bien de l'humanité toute entière...
 On ne peut donc se dispenser de réfléchir sur ces choses... et de chercher à les améliorer...
 par tous les moyens possibles... et de ne jamais perdre de vue le grand but...
 qui est de rendre la vie plus douce et plus utile à tous les hommes...
 et de leur donner la possibilité de se perfectionner... et de progresser...
 dans toutes les branches de la science et de l'art... et de contribuer ainsi...
 à la gloire de Dieu et au bien de son Église... et de son Royaume...
 Epistola que intelligendo amice... quod timent... utinam...
 C'est un vœu de bien-être... et de salut... non seulement par le bien des hommes...
 mais aussi par le bien des États... et par le bien de l'humanité toute entière...
 On ne peut donc se dispenser de réfléchir sur ces choses... et de chercher à les améliorer...
 par tous les moyens possibles... et de ne jamais perdre de vue le grand but...
 qui est de rendre la vie plus douce et plus utile à tous les hommes...
 et de leur donner la possibilité de se perfectionner... et de progresser...
 dans toutes les branches de la science et de l'art... et de contribuer ainsi...
 à la gloire de Dieu et au bien de son Église... et de son Royaume...

